bonū: quarta ſit res: quinta ⁊ vltima ſit aliq̄d: qd q̄dem vnū
ſit ante cętera hoc ſigno ꝓbāt: qa Ariſto. vbiqꝫ pariter de en
te ⁊ vno loquť qd q̄dē ob nihil aliud eſt: niſi qa finitima enti
paſſio eſt. Ipſum aūt verū p̄cedit ipſuꝫ bonū, quatenus intel
lectus p̄cedit volūtatē: ꝙ ꝯo ipſum vnū ſit ante verū: ⁊ de or
dine cęterarū paſſionū: h̄ totū omittūt iudicio diligētioris do
Cōfutatio vtriuſqꝫ pōnis. ctoris. ¶ Sed ꝯ vtrāqꝫ pōnē arguo, ⁊ ꝓbo ꝙ nullus ordo eē
ṗª rō. pōt in talibus. Primo, quia ſi eēt aliquis ordo: ille eēt aut
eſſentialis, aut accidentalis: non accidentalis, quia ſic poſſet
variari, ⁊ nō eēt ſciētificus: ⁊ hoc omitto, qa nemo dicit. Si
ꝯo ordo ſit eſſentialis, aut cauſalitatis, aut cōicabilitatis: ꝙ
nō ſit ordo cōicabilitatis: pꝫ, qa hic reperiť in p̄dicatis eiuſdē
gn̄is ſm ſubiectionē ⁊ p̄dicationē: velut corpus eſt eſſentialr̄
prius animali, qa cōius. Modo oēs paſſiones ſunt ęque cō/
munes ⁊ cū ente ęqualiter cōuertibiles: igiť inter illas nō eſt
ordo cōicabilitatis: ꝙ autē nec cauſalitatis: ꝓbo, qa vna non
eſt cauſa eſſendi alterius: ⁊ hoc deduco, qa ſi vna eēt cā eſſen
di alterius, aut ſm ſuū mãle aut ſꝫ ſuū formale: verbi cā for
male in ipſo vno eſt ipſa indiuiſio, nō ſm ſuuꝫ mãle: qa in oi/
bus mãle eſt ipſum eſſe, qd eſt idē oibꝰ, ⁊ id in quo nulla p̄ce
dit aliam: nec ſm ſuum formale, quia illud ſuuꝫ formale, vel
eſt reſpectus, vel priuatio: modo nec reſpectus, nec priuatio
eſt alicuius cauſa: igitur nullo pacto eſſe poteſt ordo cauſa/
litatis. ¶ Scdo ſi eēt ordo, aut ad nos aut ad naturaꝫ: nō 2ª rō.
quo ad nos, quia vt dicitur in phyſica auſcultatione priora
ad nos ſunt confuſa. Sed nullum iſtorꝫ poteſt eſſe cōfuſum,
aut cōfuſe cōcipi: qa qdlibet iſtorꝫ eſt cōceptus ſimplr ſim/
plex: q nō pōt cōcipi, niſi diſtincte, aut penitus ignorari. Nō
igiť ſunt ordinata ſm nos: nec ſm naturā: qa quę non diſtin/
guunť in natura: nō ſunt ordinata ſm naturā. Ordo enim di
ſtinctionē requirit: igiť ordo nãlis requirit diſtinctionē in natu
ris. Cū igiť hęc ſint viꝰ naturę nō poſſunt eſſe ordinata ſm
naturā. ¶ Tertio: quęcūqꝫ indiuiſibiliter ⁊ incōicabiliter ſe 3ª rō.
hñt ad aliq̄d: in illo nō poſſunt eſſentialr̄ ordinari: ſꝫ omnes
paſſiones in ipſo eſſe ſeſe habēt indiuiſibiliter ⁊ incōicabilr̄:
qa in eſſe nō differūt: ſed per additionē alicuius formalis: igi
tur nō poſſunt in eſſe ipſo eſſentialr̄ ordinari: ⁊ ita nō pōt in/
Qualiter ſint paſſiones entis in ordine. ter illas eſſe ordo eſſendi. ¶ Ex his ſequiť, ꝙ ſi ipſius entis
plures aſſigneñ ꝓprię paſſiones: iter illas nō poſſet aſſigna
ri niſi ordo per accidēs quatenus diuerſa ac diuerſa conſide
Tertia difficultas an vna paſſio poſſit demōſtrari per aliam ratione poſſet vna alteri p̄poni. ¶ Tertio dato ꝙ ſint entis
plures paſſiones: vtrū per vnā poſſet altera demōſtrari. Te
nēt aliq ꝙ paſſiones entis ſint plures ⁊ ordinate vt vidiſtis,
Pō ṗª. ꝙ ipſius entis eſt vna ṗma: quę eſt per ſe nota de ipſo, vtpo/
te vnū ipſum: ⁊ mediāte hac demōſtrať ſcda, vtpote bonū, ⁊
rurſus mediāte ſcda demōſtrať tertia: ⁊ de cęteris ſilr. Ima/
ginanť enim ꝙ demonſtratio eſſe pōt ꝓpter q̄d: dato ꝙ non
ſit per definitionē ſubiecti: nec p definitionē p̄dicati: hoc eſt
dato ꝙ nō ſit per definitionē ſubiē, nec paſſionis: qa eſſe pōt
per ipſam paſſionē, tanq̄ꝫ p mediū: qd erit ꝓpter q̄d, qa vna
paſſio eſt cauſa alterius: modo cauſa eſt ꝓpter quid cauſati.
Cōfutatio ¶ Sed hęc poſitio ſtare nō poteſt: vt p rōnes nūc factas pa
tet. Declaratū eſt enim inter illas nō poſſe eſſe ordinē eſſen/
tialem: ſed ſolū accñtalē: ⁊ ita inter illas nō pōt eſſe ꝓceſſus
ṗª rō. ſciētificus. Arguiť etiā alijs rōnibꝰ. ¶ Primo, qa nō videť cur
ipſum vnū ſit paſſio ṗmo nota de ente ipſo: ⁊ nulla cęterarꝫ.
Ita enim cęterę dicūt ꝯceptū ſimplr ſimplicē: vt ipſuꝫ vnū:
2ª rō. ⁊ q vult dicere alr̄: volūtarie loquť. ¶ Scdo quęlibꝫ iſtarꝫ eſt
per ſe nota de quolibet cōtēto ſub ente. Nō enim magis mi/
hi eſt nota hęc equus eſt ens vł vnus: ⁊ equus eſt res, maxie
cū ipſa res dicat ꝯceptū ſimplr ſimplicē: q vel totalr̄ ſciť de
equo: vel totalr̄ ignorať. Dicere aūt illud eſſe totalr̄ de equo
3ª rō. ignoratū, eſt ridiculuꝫ. ¶ Vltimo oia ṗma p̄ncipia ⁊ cōmu/
niſſima ſunt ęqualiter nota: qꝛ principia cognoſcimus inquā/
tuꝫ terminos cognoſcimus. Sed hęc ſunt ṗma p̄ncipia ⁊ cō/

munifſima.vȝ.ens eſt vnũ:⁊ ens eſt res:ſilr de quolibet dicit̃
eſſe rẽ vel nõ rẽ ⁊ de nullo ſimul,⁊ cętera id genus:q̃a cogni
tis terminis:mox cognoſcunt̃:igit̃ de ente ⁊ que nota ſunt cę
tera ſicut vnũ ipſum. Animaduerte ꝙ hęc dicunt̃ p̃ma ⁊ cõ
muniſſima p̃ncipia:de quolibet dicit̃ eẽ rẽ vel nõ rẽ:⁊ de nul
lo ſimul de quolibet dicitur eſſe bonũ vel nõ bonũ:⁊ de nul
lo ſimul,q̃a ſunt nota per terminos,⁊ oĩbus cõia. At hęc de
quolibet dicit̃ eẽ equũ vel nõ equũ,⁊ de nullo ſimul,⁊ id ge
nus:nõ ſunt ita prima:q̃a nõ ita cõia:nec ita nota:q̃a pro tãto
de quolibet dicit̃ eſſe equũ vel nõ equũ:pro quãto de quoli
bet dicitur eſſe ens vel nõ ens. Et ꝓpterea in ratione addidi
An ens habeat paſſiões. priat cõiſſima. Hęc ſufficiũt. ¶ His addubitatis,⁊ ſolonib⁹
ad dubõnes recte ↄſutatis:reſtat nũc videre an ipȝ ens hẽat
ꝓp̃as ⁊ veras paſſiões. ¶ Dixerũt nõnulli Juniores,ꝙ ens
Poſitio Junioꝝ. nõ hȝ ꝓp̃as ⁊ veras paſſiões:lȝ hẽat nõnulla q̃ ꝑ ſe ſibi cõpe
tãt:vt vnũ,bonũ,⁊ verũ,⁊ id genus. Mouent̃ aũt hac rõne:
q̃ paſſiones debẽt diſtingui ſm rem a ſubiectis:qualiter nõ
poſſunt eiuſmodi p̃dicata diſtingui ab ente. Et q̃ dicũt ipm
ens nõ hr̃e paſſiones:coguntur dicere ipm ens non hr̃e paſſio
nes demr̃abiles. Et vlterius ꝙ metaphy.nõ ſit ſcia:q̃ habi
tus:qui habet̃ de p̃mo ſubiecto reſpectu illoꝝ p̃dicatoꝝ per
ſe:nõ eſt demr̃atiuus. Et ꝓpterea cõcludũt illũ habitũ eẽ ſa
pientiã,q̃ demr̃ones ſunt per cãm:nõ quidẽ in eẽndo:ſed in
inferẽdo. Et hac rõne metaphy.nõ ſciẽtia ſed ſapiẽtia eſt di
Cõfutatio cẽda. Hęc iuniores. ¶ Sed pace hoꝝ,hęc videnṫ abuſiões:
nam oẽs gręci vt Alex.⁊ Themiſt.⁊ Simpli.⁊ cęteri q̃ ſcri
pſerunt in libris phyſi.enumerãdo partes ſcię ſpeculatiuę,
metaphy.aſſerunt eẽ ſpeciem ſcientię ſpeculatiuę. Amplius
Ariſto.in p̃ncipio quarti huius ait metaphy.eẽ ſcientiã:quę
ſpeculat̃ ens inquãtũ ens:⁊ quę huic ꝑ ſe inſunt. Pręterea idẽ
Cõ.6. aſſerit Ariſt.⁊ Auer.ibidẽ. Rurſus in 6ᵒ hui⁹ diuidit ſcientiã
ſpeculatiuã:⁊ ſub illa collocat tres,vt metaphy.phyſi.⁊ ma
thema. Adhuc ſyllogiſmi:q̃ fiunt in hac phię pte aut ſunt dia
lectici aut ſophiſtici aut demr̃atiui. Nullus enim gręcus ad
inuenit aliam ſyllogiſmoꝝ ſpẽm:nõ ſunt ſophiſtici,nec diale
ctici:vt oẽs cõcedunt:igit̃ demr̃ones,ſed demr̃o eſt ſyllogiſ
mus ſciẽtificus:⁊ vt exponit Themiſt.is eſt,qui ſcientiã fa
cit:igitur demr̃ones hui⁹ phię partis ſunt ſciẽtificę:⁊ ſic hęc
eſt ſciẽtia:⁊ ſic hęc poſitio friuola eſt,⁊ nõ digna p̃ho. Et cau
Quare hec dicit̃ ſcia ⁊ ſapientia. ſa errandi forte fuit,q̃ Ariſt.appellat hãc phię partẽ ſapien
tiam,⁊ nõ aduertit,ꝙ ſapiẽtia dicit̃,vel quę ꝑ cauſas altio
res p̃dicit futura:quo mõ Aſtrono.dicit̃ ſapia,vel quę effe
ctus demõſtrat ꝑ cauſas ſupiores vt metaphy.⁊ ſic hęc phi
loſophię pars dicit̃ ſciẽtia,⁊ ſapiẽtia:quatenus enĩ demon
ſtrat.dicit̃ ſciẽtia:quatenus v̾o ꝑ cauſas altiores p̄cedit dicit̃
Põ alioꝝ iunioꝝ ⁊ Petri mã tuani. ſapiẽtia. ¶ Alij diſtingũt de paſſionib⁹,⁊ dicũt ꝙ paſſiones
quędam ſunt vno noĩe noiabiles. Alię diſiunctõ noĩe noiabi
les:vt par vel ĩpar reſpectu numeri. Dicũt ꝙ ens nõ hȝ pro
prias paſſiones ſimplices vno noĩe noiabiles,ſed cõpoſitas
ſub diſiunctione dictas:veluti ſunt actus vel potẽtia:neceſ
vel cõtingẽs:cã vel cauſatũ:⁊ cętera id genus. Et hoc modo
Cõfutatio ſaluãt verba Ariſto.⁊ metaphy.eẽ ſcientiã. ¶ Sed nec hęc
põ eſt ꝑipathetica:q̃ nihil ꝑ plura noĩa nũcupat̃:niſi ad cir
cũloquẽdũ vnũ cõceptũ ſimplicẽ illius:igitur oĩs talis paſ
ſio eſt vna ſimplex in re:lȝ plurib⁹ noĩbus dicta:⁊ ita hęc po
ſitio redit ad p̃mã poſitionẽ:vt recte aliq̃ ↄuincunt. ¶ Re
Põ peripatetic. de paſſionib⁹ entis. ſtat igitur dicere verã poſitionẽ peripatheticoꝝ de hac q̃õne:
vbi debes ſcire ꝙ ꝓpria paſſio põt ſumi dupl̃r. vno mõ pro
Propria paſſio 2ʳ. omni p̃dicato ꝑ ſe.ſcd̃o modo,ſiue p̃dicet̃ p̃mo ⁊ vl̃r ſiue
nõ:⁊ hoc mõ dicimus riſibile eẽ paſſionẽ aĩalis:q̃ ineſt illi ꝑ
ſe ſcd̃o mõ:lȝ nõ p̃mo,nec vl̃r. Alio mõ ſumit̃ paſſio pro
pria pro p̃dicato ꝑ ſe ſcd̃o modo:q̃d p̃dicat̃ vl̃r ⁊ p̃mo:
⁊ ſic riſibile diceret̃ ꝓpria paſſio hoĩs:q̃ illi cõpetit per ſe,⁊
p̃mo,⁊ vl̃r. ¶ Tũc dico p̃mo ꝙ vnũ,res,bonũ,veꝝ,⁊ ali
Cõclu. p ſolu. p⁹ quid,⁊ huiuſ non ſunt paſſiones entis,nec p̃mo,nec ſcd̃o mõ.

Scd̃o dico,ꝙ hęc ſunt multiuoca cũ noĩe entis:veluti veſtis 2ᵒ
⁊ indumẽtũ:gladius ⁊ cultellus. Tertio dico,ꝙ ens nõ hȝ ꝓ 3ᵒ
prias paſſiones ꝑ ſe p̃mo ſibi cõpetẽtes. Quarto dico,ꝙ hȝ 4ᵒ
paſſiones ꝑ ſe nõ p̃mo. Primũ declaratũ eſt:p̃mo,q̃ nõ põt Declaratio primę.
ſaluari diſtinctio aliquo mõ inter ens ⁊ illa,nec ſm rem,nec
ſm rõnẽ,nec aliquo quouis modo:vt patuit. Scd̃o q̃ ſi illa
eẽnt paſſiones entis:oporteret illas ineſſe enti ſm ordinem.
non enĩ pñt plura cõpetere alicui ęque primo:modo inter
illa nõ põt ordo aliquis cõſtitui. Tertio q̃ vna eẽt medium
ad demõſtrandũ aliã:hoc aũt eſt impoſſ̃,vt declarauimus:
igit̃ illa nõ pñt eẽ paſſiones. Scd̃m declarat̃ ẽt,q̃ ſunt con Declaratio ſecundę.
uertibilia cũ ente,⁊ nõ ſunt illius definitiões,nec vltimę dif
ferẽtię,nec ꝓpria:igitur multiuoca. Scd̃o q̃ nihil addit vna
illaꝝ enti:quin ſit ens:⁊ ita ꝑ nihil põt vna earũ diſtingui ab
ente:⁊ eodẽ modo nihil addit vna illaꝝ alteri:quin illud con
tineat̃ ſub illa cui addit:igit̃ quęlibet quo ad ſignificatuȝ eſt
cuilibet eadẽ:⁊ ſic cũ ſignificato ↄuenerint,⁊ noĩe differant:
illa ſex multiuoca erũt veluti veſtis,⁊ tunica. Tertiũ pȝ,q̃a ſi Declaratio tertię.
aliquę eſſent paſſiones p̃mę de ente:eſſent illę q̃nq̃:at illę nõ
ſunt. Pręterea demonſtratum eſt illas per nihil diſtingui
poſſe ab ente,⁊ etiã per alias rõnes:igit̃ ens nõ hȝ paſſiones
ſcd̃o mõ. Quartũ declarat̃,q̃a ea quę cõtinent̃ ſub ente,hñt Declaratio quartę.
paſſiones ꝑ ſe p̃mas:vt ſubę p̃ma paſſio eſt per ſe exiſtere:⁊
accñtis paſſio eſt alteri ineſſe. Ampli⁹ ſubę abſtractę paſſio
eſt ęternitas,vl̃ imobilitas:lȝ oẽs paſſiões,q̃ ſũt p̃ iferioꝝ,ſũt
ꝑ ſe nõ p̃ ſupioris:igit̃ ens hȝ paſſiones p̃mo mõ:vtpote oẽs
illas,quę ſũt paſſiones p̃mę ↄtẽtoꝝ ſub eo:quę ſibi ꝑ ſe cõpe
tunt:nõ tñ vl̃r ⁊ p̃mo. ¶ Sed occurrũt p⁹.vtrũ ſint alia,quę Occurrũt dubitatiões
cum noĩe ens ſunt multiuoca. ¶ Scd̃o quia Ariſto. laborat
in ꝓbãdo ens ⁊ vnũ dicere eandẽ naturã:in 4ᵒ hui⁹ ⁊ in 11ᵒ
⁊ vbiq̃. Modo ſi vnũ eſt multiuocũ enti:ad q̃d tãtus labor:
¶ Tertio eadẽ quęſtio vertit̃ de his paſſionib⁹,quo nã mõ
ab ente ipſo differant:veluti de illis q̃nq̃ emergebat. ¶ Ad Solo p⁹.
p̃mã dici põt ꝙ multo plura ſunt trãſcẽdẽtia q̃ ſex,quia lȝ a
peripatheticis nõ memini me legiſſe niſi tria.vȝ.bonũ ens,⁊
vnũ:ab Auicẽ.v̾o ens ⁊ rẽ:multo plura inueniunt̃ a iunioꝛi
bus metaphyſicis. Nec memini me legiſſe ab Ariſtotele ens
⁊ vnũ eſſe dicta trãſcẽdẽtia:hęc enim nũcupatio eſt noua:ab
Ariſto.enĩ illa duo eẽ cõmuniſſima oĩbus,⁊ dicere eandẽ na
turã. Sed q̃a iuniores id volũt eſſe dõm trãſcendens,ꝙ non
claudit̃ genere aliquo p̃dicamẽtali:hic reperiunt̃ multo plu
ra q̃ ſex:genus enim ſubaꝝ ſeparataꝝ erit trãſcẽdens iuxta
hos,actus ⁊ potẽtia,neceſſariũ ⁊ cõtingẽs:cauſa ⁊ cauſatuȝ,⁊
id genus. Amplius reperiunt̃ ⁊ alia cũ illis ſex multiuoca,ve
luti multiuocũ:ipſi v̾o eſt intelligibile,aut cõſiderabile:ipſi
bono:multiuocũ eſt perfectũ:ipſi vni:multiuocuȝ eſt indiui
ſum:ipſi alicui:multiuocũ eſt diuiſuȝ:⁊ alia id genus. Omnia
aũt hęc ſunt enti multiuoca,q̃a nihil ſignificat aliq̃d nomen
iſtoꝝ,q̃d nõ ſignificet̃ ab ente:igit̃ vnũ eſt omnium illoꝝ ſi
gnificatum:⁊ per cõſequens omnia ſunt multiuoca nominĩ
ens. ¶ Ad ſcd̃aȝ dico,ꝙ Ariſto.pro tãto laborauit probare Solo 2ᵒ.
ens ⁊ vnũ dicere vnã eandẽq̃ naturã,⁊ eſſe omnibus cõmu
niſſima,quia Plato arbitratus eſt vnum eſſe ante ens,⁊ cõ
munius ⁊ prius ente ipſo:eo quia vnũ dicit̃ de primo princi
pio,⁊ de prima materia:ens v̾o non niſi de decẽ p̃dicamen
tis. Laborauit igitur ad rem illam,nõ q̃a voluerit vnuȝ eſſe
paſſionem entis:ſed propter opinionem Platonis. ¶ Ad Solo 3ᵒ.
tertiaȝ dico,ꝙ ens diſtinguitur ab illis paſſionibus:quemad
modum animal ab homine:homo enim eſt animal:⁊ quic
quid eſt homo eſt animal,⁊ nihil addit homo animali,quin
illud ſit animal:differt aũt q̃a animal conuenit boui ⁊ equo ⁊
alijs pluribus,q̃bus nõ cõpetit homo. Sic in ꝓpoſito imo
bilitas,quę eſt paſſio ſubſtantię ſeperatę differt ab ente,per
hoc q̃a ens cõpetit illi ⁊ alijs:at illa non niſi ſubſtãtię ſepatę.
Et propterea hęc differunt rõne:ſimiliter dici põt de alijs:
at hęc

at hęc diſtinctio nõ potuit eſſe de ente ꝛ vno:qꝛ nihil addit
Solo rõ. nã pbãtiũ ens habẽ paſſiones. vnũ/qn illud ſit ens:ꝛ nihil dicit ens/qd nõ ſit vnũ. ❡ Tũc
ad rõnes alterius opionis:qbus ꝓbabãt/ens inquãtũ ens/
habere ꝓprias paſſiones:ꝛ etiã ad rõnes noſtras/quas ad/
Ad primã dimus. ❡ Ad primã dici põt pͥmo ſm grecos ꝙ ens iquã/
tum eſt ens nõ eſt primũ ſubm huius/ſed ſuba: ꝛ ꝓpterea
nõ opꝫ hic paſſiones:ꝛ ens enim inquãtũ ens eſt pͥmũ pͥdi/
catũ oium eoꝝ/quę hic cõſiderant. Uel ſm Arabes conce
do ꝙ ens inquãtũ ens eſt hic ſubm primũ pͥmitate vliſtatis/
ꝛ qñ dĩ/igitur opꝫ hic paſſiões/cõcedo paſſiones nõ pͥmas
ꝛ vniuerſales ſed ſufficit ꝙ habeat paſſiones ꝑ ſe rõne infe
Replica. riorũ. Et ſi dices ꝓpter quid ſciẽtię ſpeciales hñt ſubiecta/
quoꝝ ꝓprias ꝛ pͥmas paſſiones ꝯſiderãt:nõ ſic ſcientię cõ/
Solutio. muniſſime/vt metaphyſicus ꝛ dialecticus. Dici põt hoc eẽ/
qꝛ ſubiecta ſciẽtiaꝝ ſpãliũ hñt determinata ſubia determi
nati ꝛ cõſtituti generis:quę ſubiecta hñt qdã determinata ꝛ
ꝓpria pͥnª:ex qbus põt paſſiones ꝑ ſe primę fluere:ſcientię
ꝟo cões hñt ſubiecta trãſcendẽtia/quę nulla determinata
ꝛ cõſtituta principia hñt:e quibus poſſint ꝓprię paſſiones
fluere. Etiã qꝛ ſubiecta illa ſic cõmuniſſima de oibus ſunt
pͥdicata in qd/ꝛ ſꝫ formã:nec põt ad aliqd cõparari in rõ/
Ad ſcdãꝫ ne ſubiecti/ſed ſolũ in rõne pͥdicati ꝛ in quid. ❡ Ad ſcdam
dico/ꝙ ens inquãtũ ens hꝫ pͥnª eẽndi tñ/modo quo expo/
pͥª ſolutio. ſuimus:nõ aũt pͥncipia cognoſcẽdi. Et qñ dĩ ꝙ hoc eſt a me
determinatũ:dico ꝙ locuturus ſum ſm eos/qui tenent ens
2ª ſolutio. hře veras primaſqꝫ paſſiones. Uel dici põt ꝙ ens hꝫ prin/
cipia cognoſcẽdi/quatenus hꝫ paſſiones/ꝛ qꝛ hꝫ paſſiones
per ſe nõ pͥmo:etiã ipſa pͥnª cognoſcẽdi hꝫ per ſe nõ primo.
Ad rõnes alias Solu. auctoritatũ. ❡ Ad rõnes alias dico ꝛ pͥmo ad auctes/ꝙ ens hꝫ veras
ꝛ ꝓprias paſſiones nõ pͥmo. Ariſto. enim dicit ꝙ metaᶜª eſt
ſciẽtia quędam/quę ſpeculaẽ ens inquãtũ ens:ꝛ quę huic
inſunt ꝑ ſe:ſed nõ dicit primo:ꝛ ita cõcedo ens inquãtũ ens
hře paſſiones per ſe/ꝛ nõ pͥmo:ꝑ idẽ ad alias. Omnes eniꝫ
cõcludunt ꝙ entis vt ens ſunt paſſiones a metaphyſico cõ/
ſiderabiles: ſed nõ dicũt ꝙ illę paſſiones ſint ꝑ ſe ꝛ primo
entis. Ad Auicẽnã ꝛ alios doctores:dico ꝙ ſunt alterᵘ ꝑtis/
Ad pͥmaꝫ rõnem. nos ꝟo negamus ipſos. ❡ Ad rõnes. Ad pͥmã dico ſubm
hře paſſiones per ſe ꝛ pͥmas:nõ eſt de ꝑfectione ſcientię vt
ſcientia:ſed de ꝑfectione ſciẽtię ſpãlis:qꝛ illa eſt ſubiecti de/
terminati generis/ſed de ꝑfectione ſciẽtię vt ſcientia eſt hře
paſſiones ꝑ ſe:vel per ſe pͥmo:ꝛ hoc nõ negaẽ ab hac ſciẽtia
Ad ſcdãꝫ preſtãtiſſima. ❡ Ad ſcdam dico/ꝙ de pͥmo ſubiecto/ꝙ eſt
primũ pͥmitate vliſtatis nõ habeẽ ſcientia demõſtratiua ꝑ
ſe pͥmo:ſꝫ bene ꝑ ſe nõ pͥmo:qualiter de figura habeẽ ſcien/
tia ꝑ ſe nõ primo ꝙ habeat tres:ſed ꝓpter triangulũ vt di/
citur pͥ poſterioꝝ. De ſubiecto aũt pͥmo pͥmitate imediatio/
Ad tertiã nis habeẽ ſcientia demrãtiua ꝑ ſe ꝛ pͥmo. ❡ Ad tertiaꝫ no/
ſtraꝫ rõnẽ dico/ꝙ illa quinqꝫ nõ pͥdicanẽ ꝑ ſe de ente: quẽ/
admodũ nec tunica de veſte:ſed illa eſt enuntiatio eiuſdeꝫ
Ad qͥrtaꝫ de ſeipſo. ❡ Ad quartã negaẽ minor/qꝛ ꝛ ens ꝛ illa quinqꝫ
eadẽ ꝑcitate inſunt oibus cõtentis ſub ente ꝛ in hoc/vt mihi
videẽ/nõ recte dicũt:qui volunt vnũ qd cũ ente cõuertiẽ/
pͥdicari de entib' denolatiue. Immo ſm peripatheticos
vnũ pͥdicaẽ ꝑ ſe de oibus quẽadmodũ ꝛ ens/qꝛ dicit vnã
ꝛ eandẽ nãm cũ ente:ꝙ ſi vnuꝫ pͥdicaẽ denolatiue de ente
aliquo:nõ eſt illud vnũ qd cũ ente cõuertiẽ: ſed qd diſtin/
guitur cõtra multitudinẽ. ❡ Ad vltimũ dico/ꝙ ens nõ eſt
Ad vlti. ſubm ſcibile/niſi ꝑ ſe nõ pͥmo:eſt tñ in tota ſciẽtia ꝑ ſe notũ/
qꝛ pͥma ipreſſione ipͥmiẽ in aia:vt dicit Auicẽ. Ex hoc ſeq/
tur ꝙ ens ſcitur impfecte:qꝛ per ſe nõ pͥmo:cognoſciẽ autẽ
Ad rõnes ꝙ ſũt de ente demõſtrabiles. ꝑfectiſſime/qꝛ eſt pͥmũ cognitũ. ❡ Ad rõnes ꝓbãtes illas
paſſiones eẽ de ente demrãbiles. ❡ Ad pͥmã dico/ꝙ meta
phyſi. eſt ſciẽtia/quę habeẽ de ſubiecto ſuo pͥmo primitate
Ad pͥma. intẽtionis/ꝛ primitate imeditationis. De ſubiecto ꝟo pͥmo
Ad ſcdaꝫ pͥmitate vliſtatis habeẽ ꝑ ſe nõ primo. ❡ Per idẽ ad ſcdm.

Eſt enim ſcientia ꝓpͥquid nõ de ſubiecto pͥmo pͥmitate vni/
uerſalitatis/niſi ꝑ ſe non pͥmo:ſed de ſubiecto pͥmo pͥmitate
imediationis/ꝛ intẽtionis. ❡ Ad tertiuꝫ patuit ſolo. ❡ Ex Ad tertiũ Excerna.
his apparet ꝙ ens nõ hꝫ paſſiones/quę ſibi cõpetãt per ſe
ꝛ pͥmo/ſed hꝫ paſſiones ꝑ ſe nõ pͥmo. ❡ Scdo apparet paſ
ſiones entis nõ eſſe illa quinqꝫ. Illa eniꝫ ſunt multiuoca no
mini ens. ❡ Animaduerte tñ ꝙ poſt deciſionẽ huiᵘ qõnis Dubõnes motę de nouo.
de paſſionibᵘ entis. Fuerũt mihi motę dubõnes non leues:
primo/qꝛ Auer. in 4ᵒ metaphy. cõ. 3. expreſſe fatetur ens ꝛ
vnũ dicere eandẽ nãm. Sed ſm modũ ꝛ rõnẽ diuerſaꝫ. Et
hoc idem in textu Ariſt. expreſſe dicit. Pręterea 10ᵒ metaᶜᵉ
cõ. 8. expreſſe dicit ꝙ ens ꝛ vnũ dicũt eandẽ nãm:nõ tamẽ
eadẽ rõne. ❡ Tertio hęc eſt nugatoria enuntiatio ens eſt
ens/vel dicere ens ꝛ ens/ꝛ nõ dicere ens eſt vnũ vel ens ꝛ
vnũ:igitur vnũ nõ eſt ſymonomũ enti. ❡ Quarto Ariſto.
6ᵒ metaphy. ꝛ Auer. etiã cõ. 8. ponunt diãm iter bonũ ꝛ ve
rũ:qꝛ bonũ eẽ in rebᵘ/verũ in itellectu eẽ aſſerũt. ❡ Quin/
to dum aliquis itellectus cõcipit ens inquãtũ ens:nõ ꝯcipit
vnum inquãtũ vnũ/qꝛ ſtat illum itellectũ cõcipere ens vt
ens/nõ cõcipiẽdo indiuiſionẽ/quã dicit formalr ipm vnuꝫ:
igitur ſtat ipſum nõ cõcipere ipm vnũ inquãtũ vnum:ꝛ ita
vnũ ꝛ ens diſtinctis cõceptibilitatibᵘ ſunt cõceptibilia. Et
ita diſtinguunẽ formalr/vel rõne ſalteꝫ. ❡ Pro ſolõne de/ Solutio.
bes ſcire vt dixi eis ꝙ Auer. videẽ variuſſe:nã pͥ ethicoꝝ ca
pite 7ᵒ ait bonũ eẽ enti ſymonomũ. Amplius 10ᵒ metaphy.
cõ. 5. in fine dicit vnũ eẽ ſymonomũ enti. Idem ẽt aſſerit in
libro deſtructio deſtructionũ/diſputatiõe qnta/in ſolutione
dubij tertij. Amplius Ariſt. 4. meta. tex. cõ. tertij ait. Ideꝫ
enim eſt vnus hõ ꝛ homo/ꝛ ens hõ:ꝛ nõ diuerſum aliquid
oſtẽdit ſm dictionẽ repetitã homo:ꝛ ens hõ/ꝛ vnus homo:
ꝛ ſubdit. palam itaqꝫ ꝙ nõ ſeparantur/nec in gnõne/nec in
corruptiõe. Similr aũt ꝛ in vno:quare palaꝫ/qꝛ additio in
his idẽ oſtẽdit ꝛ nihil aliud vnũ pͥter ens. Ecce qũo Ariſto.
expreſſe vult hęc eſſe re ꝛ rõne eadẽ:qꝛ nihil addit vnũ:qd
nõ ſit ens:ꝛ ita per nihil diſtinguiẽ ab ente/ꝛ ita videnẽ ſy/
monoma. Rurſus in eodẽ. 4. tex. cõ. 5. inqͥt/qñ igitur vniᵘ
inquãtũ eſt vnũ/ꝛ entis inquãtũ eſt ens/eędem ꝑ ſe paſſio/
nes ſunt/ſed nõ vt numerus/aut linea/aut ignis:palaꝫ/quia
eiuſdẽ ſcientię eſt cognoſcere ꝛ quid nã ſunt/ꝛ accñа ipſius.
Ecce ꝙ eaſdẽ paſſiones vult eẽ entis inquãtuꝫ ens:ꝛ vnius
inquãtũ vnũ/ꝛ ita amboꝝ ſm eandẽ rõnẽ formalẽ:ꝛ ꝑ ꝯñs
vnũ nõ eſt paſſio entis/ſed ſynonomũ entiˢ. Multę põt eẽ
auctoritates hinc inde/quas omitto breuitatis cã:ꝛ hac rõne
diſtinguo de ſymonomis ſiue multiuocis:qd quędã ſunt ſy/
monoma ſm veritatẽ:quędã ſm veritatẽ ꝛ de cõſueto mo Symonoma duplicia ſunt.
do loquẽdi:ea ſunt ſymonoma ſm veritatẽ/quę idem ſigni
ficãt mãliter ꝛ formaliter:ꝛ hoc pacto ens ꝛ vnũ ſunt ſymo
noma qꝛ (vt auctes cognũt) qcqd dicit ens dicit vnũ ꝛ quo
ad mãle ꝛ quo ad formale. Ea ꝟo ſunt ſymonoma ſm veri
tatẽ/ꝛ de cõſueto modo loquẽdi/quę ſignãt ideꝫ formalr
ꝛ mãliter:ꝛ qcquid ſignãt vnũ de cõſueto mõ loquendi ſi/
gnificat aliud/vt tunica ꝛ veſtis:ꝛ hoc pacto ens ꝛ vnũ non
ſunt ſymonoma/qꝛ de cõſueto modo loquẽdi eſt/ꝙ vnũ ſi/
gnificat idiuiſionẽ quã de ꝯſueto mõ loquẽdi ens nõ ſigni/
ficat:lꝫ ſm veritatẽ quicqd formalr ꝛ mãliter ſignãt vnuꝫ/
ſignificat ens. Et ita pꝫ ſolutio ad ꝯdictionẽ. Ubi eniꝫ diciẽ Auer. qſo nõ ſit ſibi cõtrarius.
ꝙ ens ꝛ vnũ dicunt eandẽ nãm ꝛ nõ ſub eadẽ rõne:itelligi/
tur de cõſueto modo ſignificãdi:vbi dĩ ꝙ ſunt ſymonoma
intelligiẽ ſm veritatẽ/qꝛ qcquid formaliter ꝛ mãliter dicit
ens/etiã dicit vnũ. Simili rõne intelligẽdũ eſt de alijs paſ/
ſionibᵘ: vt de bono ꝛ vero:de ente ꝛ re. ❡ Ad qͥntũ dico re
torquẽdo argũᵐ cõtra eos/qꝛ ſi alia ꝯceptione cõcipiẽ ens:
ꝛ alia vnũ/tũc ſtat ens eẽ notũ alicui/cui nõ erit notũ ipſum
vnum:ꝛ ita vnũ nõ eſt paſſio per ſe pͥmo nota de ente ipſo.
❡ Pręterea Auic. in 2. ſuę metaphy. cap. 1. ait ꝙ ens ꝛ res

prima ipꝛeſſione iprimunť in aĩa: igitur eadẽ conceptione/ ens ⁊ res cõcipiunť. Et eodẽ modo Auic. voluit intelligere de aliis/⁊ ita ꝓ me ⁊ ipſis dico ꝙ ens vna ⁊ eadẽ ipꝛeſſione ſiue ꝯceptione cõcipiť vt ens: ⁊ vt vnũ/vt res/⁊c. Et ita cõcedo ꝙ eadẽ cõceptione/qua ens vt ens ꝯcipiť: ẽt indiuiſio ꝯcipiť/q2 oẽs illę rõnes cõcipiẽdi ſunt vna formaliter/ vtpote ens: ⁊ ſic vnũ/⁊ ens nec formalr/nec mãlr diſtinguunť: lȝ noĩa illa de cõſueto mõ loquẽdi in ſignificãdo differant. Tu ꝟo lege librũ deſtructio deſtructionũ/⁊ quę ibi diximus: nã lȝ videanť his ꝯtria: tñ bene itellecta ad hęc reducũť. Hęc de q̃ône hac dicta ſint ſatis. ¶ His diſputatis:

Soło rõnũ diſputationis. restat nũc ſoluere rõnes factas in p̃mo caplõ diſputationis.

Sol. quorũdam. Ad p̃mã ¶ Ad p̃mã rñdẽt qdã/⁊ cõcedũt metaphy. eẽ vnã ſciam/⁊ realẽ/vt rõnes cogũt/⁊ ꝙ ſubm: vtpo: e ens eſt vnũ ⁊ reale/ q2 vniuocũ p̃mę cauſę ⁊ cauſatis/ſubſtãtię ⁊ accidenti: ⁊ ad rõnẽ qua ꝓbať nõ eẽ vnũ ⁊ reale: breuiter rñdẽt ꝙ p̃ma cã ⁊ cauſatũ ſunt ſe totis diſtincta/nõ qdẽ in cõceptu reali: ſed in realitate ſubiectiua/quę nihil aliud eſt q̃ȝ cõceptus entis realis/⁊ ſuus modus: ⁊ ſic pñt eẽ ſe totis diſticta ſubiectiue/

Decla. ſo. ⁊ ꝯuenire in aliquo obiectiue. ¶ Sed q2 adhuc vĩ deus cõpoſitus: nã hȝ aliqd quo ꝯuenit cũ cauſato/vt ꝯceptũ realẽ/ ⁊ quo differt vt modũ itrinſecum. Propterea notãt deum

Et qb' de' cõſtituitur apud eos. hře aliquẽ ꝯceptũ realẽ: quo ꝯuenit cũ cauſato: ⁊ modũ intrinſecũ: quo diſtinguiť ab ipſo cauſato: ⁊ tñ nõ eſt cõpoſitus. Et hui' rei declaratio eſt/q2 ꝯceptus eſt duplex/qdam eſt ꝓfectus/⁊ adęquatus rei: vtpote ille quo ꝯcipiť res/cum ſuo mõ itrinſeco: vt ꝯceptus quo cõcipereť albedo vt quatuor: qdã imꝑfectus ⁊ inadequatus rei/vtpote ille quo cõcipereť realitas ſine ſuo mõ itrinſeco veluti ꝯceptus quo cõciperet albedo ſine iteſione vt quatuor. ¶ Ad ꝓpoſitũ dicunt deũ hře cõceptũ realẽ/quo cũ cauſato ꝯuenit vt conceptum entis/⁊ aliqd quo differt vt modũ itrinſecũ: ſȝ q2 nec ꝯceptus quo ꝯuenit/eſt ꝓfectus/nec conceptus quo differt. Nõ eniȝ põt ꝯceptus entis eẽ ꝓfectus ſine ſuo mõ/nec modus ſine ꝯceptu: ꝓpterea nõ eſt cõpoſitio in deo: cõpõ eniȝ eſt ex ꝯceptu ꝓfecto/⁊ ꝯceptu ꝓfecto: nõ aũt ex ꝯceptu imperfecto ⁊ mõ itrinſeco. Hęc illi. ¶ Et lȝ hęc nõ ſint ꝑipa-

Cõfutatio thetice dicta. Naȝ nullus ꝑipatheticoꝝ vnquã hęc (vt mihi videť) dixit/q2 tñ tꝑibus noſtris ſunt famoſa: ideo arguamus ꝯtra hęc pro poſſe. ¶ Primo/ſi ꝯceptus entis eſt im-

P̃ia rõ. perfectus/aut ita imꝑfectus/quo nihil imꝑfectius excogitari põt: aut ita imꝑfectus vt aliqd illo poſſit imꝑfectius excogitari. ſi id quo nihil imꝑfectius excogitari põt: igiť eſt infinite imꝑfectus. tenet argum/q2 ſicut id quo nihil ꝓfecti' excogitari põt/eſt infinite ꝓfectũ: ita id quo nihil imꝑfectius excogitari põt/erit ifinite imꝑfectum. Ultra ꝯceptus entis eſt ifinite imꝑfectus: igiť ſuus modus itrinſecus erit ifinita imꝑfectio: ſed hęc eſt ante finitatẽ: qua ꝯtrahitur ad cauſatũ: ⁊ ante ifinitatẽ qua ꝯtrahitur ad deũ: igiť dabiť aliquis modus prior p̃mis modis entis. Si aũt eo põt excogitari imperfectius: ipm ens nõ erit ſimplr ſimplex/nec ſimplr primum.

Scda rõ. ¶ Scdo ſi ꝯceptus entis eſt imꝑfectus: aut q2 imꝑfecte repręſentat id e quo abſtrahiť: aut q2 eſt de ꝯceptibili imꝑfecto: nõ eſt imꝑfectus/q2 imꝑfecte reprñtat id e quo abſtrahitur: q2 reprñtat ens ⁊ nõ minus nec magis: igiť ꝓfecte repręſentat: nec q2 abſtrahiť ab imꝑfecto ꝯceptibili/q2 tũc ſolus ꝯceptus dei eẽt ꝓfectus/q2 ſolũ deus eſt ꝓfectũ ꝯceptibile.

Tertia rõ. ¶ Tertio ad p̃ncipale aut deus capit ens ꝑ eẽntiã/aut per pticipationẽ. ſi ꝑ eẽntiã/igiť omne aliud citra deũ/qḋ a deo depẽdet capiet ꝑ pticipationẽ. Hęc ꝯtia eſt Ariſt. 2. meta. ⁊ Auer. cõ. 4. ⁊. 12. huius cõmẽ. 51. vbi ait Auer. ꝙ q2 calor per eẽntiã capiť ab igne: ideo ignis eſt calidus ꝑ eẽntiaȝ/⁊ cętera citra ignẽ quę ſunt calida ꝓꝑ igneȝ ſunt calida ꝑ pticipationẽ. Si ꝟo dicať ꝙ deus capit ens ꝑ participationẽ: igitur cõpoſitus ex pticipãte ⁊ pticipato. Omne eniȝ ens ꝑ participationẽ eſt cõpoſitũ apud peripatheticos: vt qñ album eſt ꝑ participationẽ tale: ideo cõponiť ex corpore ⁊ albedine. Hęc rõ eſt efficax ſm ipſos ꝑipatheticos. ¶ Quar- Quarta ratio.

to quęro/ꝓꝑ qd ablatione modi itrinſeci a ꝯceptu entis ille cõceptus dĩ imꝑfectus: ⁊ nõ ablatione dĩę vltimę ꝯceptus generis dĩ imꝑfectus: Aut hoc eſt/q2 cointellectione modi cõceptus entis ꝯtrahitur ad ꝯceptũ ꝓfectũ: vtpote ad cõceptũ dei/vel q2 ablatiõe modi ens nõ eſt ꝓfecte itelligibile. Nõ eſt dõm id eẽ q2 cointellectione modi ꝯtrahiť ad cõceptũ ꝓfectum/q2 etiã cointellectione dĩę vltimę ꝯtrahiť genus ad conceptũ ſpeciei ꝓfectũ. Non eſt aũt dõm id eẽ/q2 ens ablatione modi nõ eſt ꝓfecte itelligibile: qñ diſtinctiſſime cognitum: ⁊ a nã nobis ipꝛeſſum p̃ma ꝯceptione ꝓfectiſſime itelligiť: tale eſt ipſum ens. Cõceptus enim entis p̃ma ipꝛeſſione iprimiť in anima: vt dicit Auicẽ. ⁊ diſtinctiſſime cognoſcitur/q2 cõceptus ſimplr ſimplex apud doctrinã coꝝ non põt niſi diſtincte cognoſci: igitur ens eſt ꝓfectiſſime intelli- Quinta

gibile ſine ſuo modo. ¶ Quinto cõceptus ex quo cõponiť primũ p̃n^m ꝑ ſe notiſſimũ: eſt ꝓfectiſſime itelligibilis: ſed ex cõceptu entis ſine ſuo mõ fit p̃mũ p̃n^m ſimplr notiſſimuȝ: igitur eſt ꝯceptus ꝓfectus. ¶ Sexto ens ab oĩbus cõcipiť: Sexta.

ens ifinitũ nõ ab oĩb'/q2 ꝑipathetici negãt ens ifinituȝ: igitur ꝓfectiorẽ ꝯceptũ dicit ens ſine modo: q̃ȝ cũ mõ. ¶ Se- Septima.

ptimo ꝯceptus ex quo itellectus cõponit vel diuidit enunciationẽ ꝓfectã: ꝓfectus eſt ⁊ ꝓfecta ſimplici itelligẽtia cõcipitur. Hęc pȝ/q2 duplex eſt opatio animę: ſimpliciũ itelligentia/⁊ cõpoſitio vel diuiſio. Hęc non põt eẽ ꝓfecta niſi ex ſimplicib' ꝓfecte itellectis: ſed ex ꝯceptu entis ſine ſuis modis/itellect' cõponit ⁊ diuidit ꝓfecte: igiť ꝯceptus entis ſine ſuis modis eſt ꝓfectus. ¶ Octauo aut ꝯcept' entis eſt Octaua

imꝑfectus/q2 qñ aliqḋ ſub ente ꝯtentũ ꝯcipiť ſub rõne entis/imꝑfecte ꝯcipiť: aut q2 ens cõiter ſumptũ/cuius eſt cõceptus: imꝑfecte concipiť: nõ p̃mo modo: q2 ſic ꝯceptus generis eẽt imꝑfectus: q2 cõtentũ ſub genere qñ cõcipiť ſub rõne generis ſine differẽtia/imꝑfecte cõcipiť. Si ſcdo modo: tunc ens inquãtũ ens imꝑfecte cõcipereť: qḋ eſt falſum/q2 a quocũq3 cõcipiť diſtinctiſſime ꝯcipiť: ⁊ nõ imꝑfecte/vel ꝯfuſe. ¶ Nono deus per eos conſtituiť ex cõceptu entis ⁊ Nona.

ſuo modo: vtpote ifinitate: aut igitur deus eſt vnus per hoc ꝙ cõſtituentia trãſeunt in oĩmodã idẽtitatẽ: aut in omnimodam vnionẽ. ſi in oĩmodã identitatẽ/tũc ens ⁊ modus eius idem eẽnt realiter ⁊ formalr: ⁊ oĩ modo: cuius oppo^m dicũt. Si in oĩmodã vnionẽ: igitur alterũ conſtituẽtiũ erit actus/ alteruȝ potẽtia ſm doctrinã peripatheticoꝝ: ⁊ ita deus erit ex actu ⁊ potẽtia. Hęc ſunt ꝑ ſe nota peripatheticis. ¶ De- Decima.

cimo itelligať per poſſe vel impoſſe deũ eẽ vnuȝ per hoc ꝙ conſtituẽtia trãſeunt in omnimodã idẽtitatẽ: vt nos peripathetici ponimus: vel iſte erit deo qui poniť ab eis: min' ſimplex: vel eadem ſimplicitate ſimplex: vel ſimplicior: nõ eſt minus ſimplex: qñ nihil eſt poſitũ in ipſo: qḋ cõpoſitioneȝ faciat: nec eadẽ ſimplicitate ſimplex/q2 ea quoꝝ nõ eſt eadeȝ ratio eẽndi ſimplicia: nõ ſunt eadẽ ſimplicitate ſimplicia: at hoꝝ nõ eſt eadẽ ratio eẽndi ſimplicia: nã deus ꝗ modo ſic poniť ſimplex/eſt ſimplex ꝑ identitatẽ oĩmodã conſtituẽtiũ: ⁊ ꝑ hoc q2 nõ cõponitur ex realitate ⁊ realitate: at deus/qui apud hos poniť ſimplex/eſt ſolũ ſimplex: q2 non cõponiť ex realitate ⁊ realitate: igiť deus qui a nobis ponitur/⁊ deus qui poniť ab eis nõ ſunt eadẽ ſimplicitate ſimplices: ⁊ deus qui poniť a nobis nõ eſt minus ſimplex: igiť deus ꝗ poniť a nobis eſt ſimplicior deo ꝗ poniť ab eis. Et ita deus: qui poniť ab eis nõ eſt ſumme ſimplex: q2 eſt aliquid itelligibile ſimplicius. Hęc ratio eſt nõ leuis/⁊ multũ cõſonat auribus bonoꝝ peripatheti. ¶ Et ꝙ hęc ſit mens Auctoritas Ariſt.

Ariſtote. apparet in vltimis verbis. 8. metaphy. qui poſtq̃ aſſignauit cãm vnitatis in his/quę mãm hñt: inquit: quę aũt

experientia materię ſunt/ea ꝓprie vnū quid ſunt/ꝛ ꝓprie ens
qd vniuerſa. Ecce ꝙ nullā aliā cām ſimplicitatis aſſignat
ꝛ vnitatis/niſi qꝛ ſunt ꝓprie entia ſeipſis: ꝛ nō ꝑ hoc/qꝛ non
Sol. pſe ꝯſtituunt̄ ex realitate ꝛ realitate. ⁋ His ita ꝯſutatis/ad ra-
tionē dico ꝙ metaphy. eſt vna ſciētia ꝛ realis mō quo ſub-
iectum ſuū eſt tale: at ens inquātū ens eſt vnū reale ꝑ attri-
butionē ad vnū: vtpote ad deū: ꝛ hoc pacto ſcientia hęc eſt
vna attributiōe. Et qn̄ dī ꝙ metaphyſi. eſt vna ſpecie: dico
ꝙ cōparatione ad ſubm̄/in quo eſt: ipſa eſt vna ſpēs: quia
vnus habitus ſpecie/rōne ꝯo habita ad ſubm̄ de quo eſt:
Ad ſcdaꝫ ipſa eſt vna attributione ad vnū. ⁋ Ad ſcdaꝫ ꝑncipalē dici
pōt ꝯſequēter ad dicta noſtra/ꝙ hęc ſcīa diſtinguit̄ a ſcien-
tia ꝑ ſubm̄ pᵐ ꝑmitate vl'itatis/ꝛ ꝑ ſubm̄ ꝑmū ꝑmitate ime
diationis: ꝛ per ſubm̄ ꝑmū ꝑmitate intētionis: ꝛ ita cōcedo
ꝙ hęc ſcientia differt a nāli ꝛ a mathematica ꝑ hoc qꝛ hęc
cōſiderat ſubās ſeperatas. Sed hęc diſtinctio erit a ſubie-
cto ꝑmo ꝑmitate intētionis. Similr̄ dici pōt de denolatio-
Ad tertiā ne: vt pꝫ per oīa. ⁋ Ad tertiā dici pōt/ꝙ beatitudo cōſiſtit
in ſpeculatione metaphy. nō quo ad ſubm̄ ꝑmum ꝑmitate
An vl'ius ſit ꝑfect⁹ ꝑō quo-rundam vl'itatis: ſed quo ad ſubm̄ primum ꝑmitate intentions. Ad-
dunt qdā/ꝙ quāto aliqd eſt vl'ius ꝛ cōmunius: tāto eſt ꝑfe
ctius ꝑmiſciue/non aūt poſitiue: ꝛ ideo ens eſt ꝑfectiſſimuꝫ
ꝑmiſciue: quanto aūt aliquid eſt minus cōe: tanto eſt perfe
Cōfutatio ctius poſitiue. Sed contra: ens eſt infinite ꝑfectionis per-
miſciue: qꝛ pōt ꝑmiſceri cū infinite ꝑfecto: igitur indiuiduū
eſt infinite ꝑfectū poſitiue. Deducit̄/qꝛ quāta ꝑfectione ens
eſt ꝑmiſciue ꝑfectū: tanta indiuiduū poſitiue ꝑfectū. Scdo
maximū qd̄ pōt virtus ꝑfectior: eſt poſitiue ꝑfectius maxi-
mo/qd̄ pōt virtus imꝑfectior: ſed ens eſt maximuꝫ qd̄ pōt
deus/qꝛ qcqd pōt eſt ens: ꝛ nihil pōt qd̄ non ſit ens: maxi-
mū ꝯo qd̄ pōt ꝑla. eſt hoc ens: igitur ens eſt abſolute ꝛ po
ſitiue ꝑfectius hoc ente: ꝛ ſic hoc qd̄ dicunt: ambiguum eſt.
Utrū ꝯo vniuerſalius ſit ꝑfecti⁹ min⁹ vniuerſali alias tra-
Ad qrtaꝫ ctabit̄: nunc ꝯo ſufficit mouiſſe. ⁋ Ad quartaꝫ dico/ꝙ ad
ſubalternationē tres reqrunt̄ cōditiones. Prima ꝙ ſubm̄
ꝯtineat̄ ſub ſubiecto. Scda vt ſubm̄ inferne ſcientię addat
dr̄iam accidētalē ſubiecto ſupnę. Tertia vt ꝑ ſe pn̄ inferne
ꝓbent̄ a priori a ſciētia ſuperna: lꝫ ſcientię iferiores hēnt
primā cōditionē: non tn̄ alias. Primo/qꝛ nulla ſcientia ad-
dere pōt enti aliqd accidentale: nihil enim enti eſt acciden-
tale. Scdo qꝛ pn̄ aliaꝝ nō demr̄antur a priori i metaphy.
Ad quītā ſol. aliqrū Cōfutatio Sol. pſe ⁋ Ad quintā ſoluunt qdā ꝙ ens eſt vniuocū: ꝛ ꝙ hꝫ quid:
nō qdē qd ſumptū pro definitione/ſed qd ſumptū pro eēn-
tia. Sed hęc ſolutio eſt falſa: qꝛ ſi ens haberet qd pro eſſen-
tia: igitur haberet ꝓprie quid: nā ꝓprie quid ſumit̄ ab eēn-
tia: ideo dici pōt omne ſubm̄ hīe qd rei: qn̄ eſt ſubm̄ per ſe
demr̄onis: quale nō eſt ens: id aūt qd̄ eſt ſubm̄ ꝑmū in ſcien
tia ꝑmitate vl'itatis hꝫ quid nois: ꝛ hoc modo hꝫ ens. Nā lꝫ
nō ſit ignotū ens: eſt ignotū quid ſignat hoc nomē ens: non
Ad. 6. 7. ꝛ octauā. enim apud oēs gētes eſt idem nomē. ⁋ Ad ſextā/ſeptimā/
ꝛ octauā pꝫ ſolutio ex his/quę dicta ſunt. ⁋ Ad nonaꝫ dici
Ad nonā pōt triplicē eē reduplicationē aut rei ſiue ꝯſequētię/rōnis
ſiue cauſę/ꝛ modi itelligēdi. Tunc dico ꝙ ens inquātū ens
eſt ſubm̄: vt verbū inqntū/nō rem/nō cām rei reduplicat:
ſed modū itelligēdi/quē Iuniores appellāt rationē forma-
lem ſubiecti: ꝛ qꝛ verbū illud nō reduplicat rem nec cau
ſam rei: ideo nō valet iferre vl'em. Ex reduplicatione enim
rei vel cauſę licet iferre vl'em: nō aūt ex reduplicatiōe mo-
Ad 10ᵘᵐ di itelligēdi. ⁋ Ad decimā dico/ꝙ ſufficit vt illius ſit pę-
Ad 11ᵘᵐ ſtabiliſſimū ſubm̄ ꝑncipale. ⁋ Ad vndecimā dico/ꝙ qua-
libet ꝑte ſubiecti dꝫ ſubm̄ eē prius: qn̄ illa pars non eſt ſiſ
Ad 12ᵘᵐ pn̄ᵐ e pꝫ. ⁋ Ad 12ᵘᵐ dico/ꝙ nō ꝯcludit plus niſi ꝙ ſuba ē
Ad 13ᵘᵐ primum ſubm̄ ꝑmitate imediationis. ⁋ Ad 13ᵘᵐ dico/ꝙ
oēs partes entis hic conſiderari pnt ſub rōne entis: in alijs
ſcientijs aūt ꝯſiderant̄ ſub rōne entis: vel mobilis vel quā-

titatis: ꝛ ſic nō ſuperfluunt. ⁋ Ad 14ᵘᵐ dico/ꝙ ens ꝯtinet nō ſcibi Ad 14ᵘᵐ.
lia per accñs: vel dici pōt ꝙ ꝯtinet illa nō quatenus nō ſci-
bilia: ſed quatenus ſcibilia. ⁋ Ad 15ᵘᵐ dico/ꝙ ens eſt ſubie Ad 15ᵘᵐ.
ctum in alijs ſcientijs/ꝛ ens eſt ſubiectum hic: ſed rationes
ſubiectādi ſunt diuerſę. Hęc de diſputatione/quę ſit de ſub-
iecto: vbi me excuſatum volo/ſi prolixe loquutus ſum: nam
ea quę quidam interpoſuerunt me detinuerunt.

⁋ Secunda diſputatio de prima entis diuiſione.

⁋ Caput dubitationum primum.

Uidetur ꝙ entis nulla ſit diuiſio: ꝑmo/diuidētia ſunt
extra rationē diuiſi: ſed extra ens nihil eſt:
igitur ens nō pōt diuidi. Scdo ſi ens diuideret̄ aliqua pri-
ma diuiſione/ens eēt vnū: ꝛ ſi eſſet vnū/non diuideret̄ per
vnū ꝛ multa. Tertio ſi ens diuideret̄: ſint prima entis diui
dentia/A/ꝛ/B/vel igitur/A/B/diuidunt ens inquātū ens:
vel inquātū hoc vel illud ens: nō inquātū hoc vel illud ens/
ꝙ ſic non eēt cōe oībus. ſi inquātū ens/igitur omne ens di-
uideret̄ ꝑ/A/B/diuidētia. Quarto/ſi ens diuideret̄ tūc ens
haberet drias. ꝓbat̄/qꝛ dr̄ia eſt qua differūt iter ſe ſingula:
vt dicit Porphyrius: ꝙ aūt ens nō habeat drias/pꝫ 3ᵒ huiꝰ:
igitur ens nō diuidit̄. ⁋ In ꝯtrariū ſunt Peripathetici: vt
Ariſto. in. 6. metaphy. ꝛ Auer. ibidē cō. 4. vbi diuidunt ens
ꝑ ens ꝑ ſe/ꝛ ens per accidēs: ꝛ ens ꝑ ſe in decē ꝑdicamēta.

⁋ Caput tituli ſecundum.

Ens quod Græci ὄν dicunt: qnqꝫ ſumit̄ vt ſe exten Quid ens ꝛ q̄t mōis.
dit ad ꝑuationes/ꝛ hoc pacto non itelli-
git̄ in diſputatiōe: qnqꝫ vt ſe extēdit ad ens reale ꝛ itentio- Ens itētionale ſiue itētionale ꝛ ens reale idē eſt.
nale: ꝛ nec ſic ſumit̄. Pręterea idē eſt ens reale ꝛ itētionale.
Ut enim aptū intelligi dī ens reale: vt actu itellectū eſt ens
intētionale: ꝛ intētionale pōt eē intētione ꝑma: vt cū intelli-
gitur directa ꝛ abſoluta itellectione/ꝛ intētione ſcda: vt cuꝫ
itelligit̄ cōparatiua itellectiōe: veluti vt ſubm̄ reſpectu pę-
dicati/aut pędicatū reſpectu ſubiecti/aut vt ſupius vel in-
ferius/ꝛ id genus: qꝛ igitur hęc duo idē ſunt: non opꝫ intelli
gere in diſputatione niſi de ente reali. Nam lꝫ multifariaꝫ
ſumat̄ ens/vt pꝫ 4ᵒ metaphy. hic nō accipit̄/niſi pro ente Cōm. 2.
reali. Nūc qd ꝑ diuiſionē/quę a ꝑipatheticis διαίρεσις Quid diuiſio ꝛ quot modis.
appellat̄: itelligēduꝫ ſit/exponamus: ꝛ ꝑmo dicamus: vt au-
ctor eſt Boeti⁹ in libro de diuiſionib⁹/diuiſionē ipſaꝫ mul-
tifariā dici. Alia nāqꝫ eſt generis in ſpēs. Alia totius in par-
tes. Alia vocis ſiue nois in ſignones. Alia ſubiecti in accidē
tia. Alia accidētis in ſubiecta. Ultima accidētis in accñtia.
Hic eſt completus numerus diuiſionū: quē pariter ꝑipa-
thetici: vt Andronicus in ꝓprio de hac re libro ꝛ Porphy.
in cōmētationib⁹/quas ſcripſit in Platonis lib. qui iſcribit̄
ſophiſtes: ꝛ ēt platonici vt Plotinus in eodē libᵒ approbāt.
Nec vnꝙ̄ aliquis peripatheticoꝝ poſuit aliquā diuiſionis
ſpēm: quę ſub aliq̄ iſtaꝝ nō contineret̄. ⁋ Sed dices nōne Dubitatio
ſpēs diuidit̄ in iduidua: Dici pōt diuiſionē ſpeciei in indi- Solutio.
uidua eē ꝑ accidēs: ꝛ ſic ꝯtinet̄ q̄ſi in diuiſione ſubiecti ad
accñtia. Pręterea hęc nō eſt ſciētifica nec doctrinalis: pro-
pterea nō eſt diuiſio: de qua nunc loqmur. ⁋ Pręterea di- Scda du.
ces nōne eſt diuiſio vniuoci in vniuocata: Dici pōt apud ꝑi Solutio.
patheticos nihil eē vniuocū: qd̄ non ſit genus vel ſpēs: ꝛ ꝓ-
pterea vltra genus/nihil eſt niſi vox cōis ſiue nomen ſm̄
peripatheticos/ꝛ platonicos. Hęc de diuiſione. ⁋ Nunc Quot modis ꝑᵒ diuiſio.
quot modis alicuius ꝑma dicat̄ diuiſio: vbi animaduerſio-
ne dignū/tot modis dici ꝑmā diuiſionē: quot modis aliqd
dicit̄ primū: at primū vt diximus in ꝑma diſputatione tri-
fariā apud peripatheticos dī: vel primū ꝑmitate vl'itatis/
ſiue adęquationis: ꝛ hoc pacto ꝑma diuiſio erit/quę ęquat̄
diuiſio: vtpote qn̄ nihil ſub diuiſo cōtinet̄ quin ſub aliquo
diuidentiū collocet̄/ꝛ ecōtra nihil ſub aliquo diuidētium/
quin ſub diuiſo. Alio modo dicit̄ ꝑmū ꝑmitate imediatio-
nis: ꝛ ſic ea diuiſio dicet̄ prima hoc mō/quę ſit ꝑ diuidētia

ipſi diuiſo imediatior. Tertio modo primũ dicit̃ p̃mitate
p̃ncipalitatis. Et iuxta h̃ ea dr̃ diuiſio p̃ͦ: q̃ fit ꝑ diuidẽtia
p̃ncipaliora, ⁊ ꝑſtabiliora. Hec de titulo diſputationis.

¶ Caput poſitionum tertium.

De diſputatione pñ̃ti ſunt qui dicũt ipſũ
ens p̃ma ſui diuiſione diuidi
Pō expoſitoris. in decẽ predicamẽta: cui pōni expoſitor Thomas 5ͦ huius
vr̃ ↄſentire in expōne textus vbi ait, ⁊ ꝓꝑ hoc ea in que di
Cōm̄.14 uidit̃ ens p̃mo: dicunt̃ eẽ p̃dicamẽta, q2 diſtinguunt̃ ſm̃ di
uerſum modũ p̃dicãdi. Hec expoſitor. ¶ Huic etiã videt̃
⁊ Auer. aſſentire 10ͦ meta. vbi vult ens ⁊ vnum ſignificare
Cōm̄.8. decẽ p̃dicamẽta ſine medio: ſed imediata entis ſignificatio
eſt illius imediata diuiſio: igit̃ ens ꝑ decẽ diuidit̃ p̃dicamẽ
Obiectio. ta p̃mo. ¶ Sed hãc pōnez cõfutãt p̃mo ꝑ verba Ariſto. 5ͦ
metaphy. q̃ diuidit ens p̃mo in ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidens: ⁊ ſubdiui
dens ens ꝑ ſe inq̃t: ꝑ ſe xͦo dicunt̃ eẽ quecũq3 ſignãt figu
ras p̃dicationis: igitur diuiſio entis in. 10. p̃dicamẽta nõ eſt
Cōm̄.4. p̃ma. Idem quoq3. 6. huius aſſerit: vbi Auer. inq̃t iã3 decla
ratũ eſt q̃ ens ſimplr̃ p̃ma diuiſione diuidit̃ in ens ꝑ acci
dẽs ⁊ ꝑ ſe: ⁊ ens ꝑ ſe in decẽ p̃dicamẽta: hoc idẽ cōmẽ. ꝑ. igi
tur hec diuiſio nõ fuit p̃ma. Scd̃o hec diuiſio nõ eſt vniuer
ſaliſſima q2 p̃ma cã in nullo mẽbro hoꝝ cõtineri põt: tum
q2 mã ⁊ forme nõ ſunt in p̃dicamẽto: igit̃ hec nõ eſt diuiſio
Scd̃a pō. vniuerſalis entis. ¶ Alij p̃ᵃᵐ entis diuiſionẽ faciũt in ens ꝑ
ſe ⁊ ens ꝑ accidẽs: vt Ariſt. ⁊ Auer. locis dictis apte ꝓfiten
Cõfutatio tur. Hec videt̃ vlis cũ nihil ꝑ ens ſignificet̃, quin aut per ſe
aut ꝑ accidẽs nõ appellet̃. Sed hoc ſtare nõ põt: q2 diuiſio
que eſt eoꝝ, que ſumunt̃ ab eẽ prior eſt diuiſione eorũ, que
ſumunt̃ a p̃dicatione. At diuiſio entis in ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidẽs eſt
eoꝝ, que ſumunt̃ a p̃dicatiõe cũ ſit diuiſio eoꝝ que p̃dican
tur: diuiſio xͦo in ſubaz ⁊ accñs eſt eoꝝ, que ſumunt̃ ab eẽ:
vt expoſitor inquit. 5. metaphy. igitur diuiſio entis in ꝑ ſe ⁊
Tex. cõ. 13. per accñs nõ eſt p̃ma. Preterea adhuc dubiũz eſt ſub quo
nã hoꝝ deus ↄtineat̃. Deus enim nõ eſt ens ꝑ ſe q2 nõ p̃di
catur ꝑ ſe: nec ꝑ accñs, q2 nec ꝑ accidẽs. Ampliꝰ nec mã cõti
Pō tertia. net̃ in aliquo, q2 nec ꝑ ſe, nec ꝑ accidens p̃dicat̃. ¶ Alij di
xerunt ens p̃ma ſui diuiſione diuidi ꝑ actum ⁊ poᵃᵐ: ⁊ ens
actu ſubdiuidũt per decẽ p̃dicamẽta. Huic poſitioni Auer.
Cōm̄.6. p̃mo de aĩa ⁊ Ariſt. 3. phyſi. tex. cõ. 3. aſſentire vident̃. Sed
Cõfutatio hec nõ videt̃ ꝑipathetica: nã Auer. 7. meta. ait q̃ p̃ma diui
Cōm̄. pͦ ſio entis eſt in ſubam ⁊ accidẽs. ſcd̃a eſt in poᵃᵐ ⁊ actũ. Am
plius que relatiue opponunt̃, non videntur p̃mo diuidere
ens. Sed potẽtia ⁊ actus opponunt̃ relatiue: vt dicit Auer.
9ͦ huius cõ. 11. Rurſus que opponunt̃, vt ꝑuatio ⁊ habitus
nõ p̃mo diuidunt ens: ſed potẽtia ⁊ actus opponunt̃ modo
ꝑuationis ⁊ habitus: vt in eodẽ nono dicit cõmẽ. 3. igit̃ p̃ma
diſio nõ eſt in illa. ¶ Alij vt iuniores q̃dã p̃mã entis diſio
Pō. 4. nem ꝑ finitũ ⁊ ĩfinitũ faciunt ſumẽtes finitũ ⁊ ĩfinitum ſm̃
Antonij virtutẽ, ⁊ nõ ſm̃ molem: ⁊ ens finitũ3 in decẽ predicamẽta
Andree. ſubdiuidũt, quã diuiſionẽ ſectari vident̃: qui ens p̃ma ſui di
Bonetus uiſione diuidũt ꝑ limitatũ ⁊ illimitatũ: nã l3 velint differre
a primis, nõ pñt: cũ limitatio nõ ſit niſi ad gradũ virtutis: ⁊
illimitatio ſimilr̃, ⁊ ſic limitatũ idem eſt qd̃ finitũ: illimita
Cõfutatio tum xͦo idem qd̃ ĩfinitũ. ¶ Refellere ſolent hãc diuiſionẽ:
p̃mo, q2 non eſt vlis, ꝑpter relões quas catholici diuinis
tribuunt: que nec finite nec ĩfinite eſſe pñt: vt deducit̃. Se
cundo q2 vt q̃ddita eſt modo prior: ita diuiſio ꝑ quiddita
tes erit prior diuiſione ꝑ modos. Tertio hec diuiſio non vr̃
ꝑipathetica, q2 nõ eſt notũ in doctrina peripatheticoꝝ, ſi ſit
reꝑibile ens ĩfinitũ: vt diſputauimus in codicillo de ĩfinita
Alie diuiſio te primi. ¶ Ad has diuiſiones reducit̃ illa diuiſio que eſt
nes entis entis ꝑ ꝑfectuz ⁊ imꝑfectũ, quippe cũ ꝑfectum ſit cui nihil
q̃les ſunt. deeſt: ⁊ ſic eſt illimitatũ, ⁊ ĩfinitũ: imꝑfectũ aũt, cui deeſt ali
quid, qua rõne erit finitũ ⁊ limitatum. Amplius ⁊ cetere id
genus: vt ꝑ creatorẽ ⁊ creaturã, ſiue ꝑ creatuz ⁊ increatum.

Preterea diuiſio ꝑ cãm ⁊ cauſatũ, ꝑ a ſe ⁊ ab alio, atq3 per
reſpectiuũ ⁊ abſolutũ, ꝑ idem ⁊ diuerſum, equale ⁊ inequa
le, depẽdens ⁊ indepẽdẽs, neceſſarium ⁊ ↄtingẽs: nõ pñt eſſe p̃i
me, q2 diuidẽtia ſunt relatiue oppoſita aut cõditiones qua
litatiue, que ſupponũt q̃dditates. Simili rõne diuiſio que
eſt ꝑ cõpoſitũ ⁊ ſimplex, ſenſibile ⁊ ĩſenſibile, abſtractũ ⁊
mãle: eẽ nõ põt prima, cũ vel ſit ꝑ relationes aut ꝑ cõditio
nes q̃litatiuas additas q̃dditatibꝰ. ¶ Alij p̃mã entis diui 4ͦ poſitio Scoti in q̃ͦl. 4. 5.
ſionẽ per quãtũ ⁊ nõ quãtũ ⁊ quãtũ ꝑ finitũ ⁊ ĩfinitũ, ⁊ fini
tum ꝑ ſubam ⁊ accidẽs cõſtituũt: ⁊ ſumũt quãtũ prout de
nominatur quãtitate ꝑfectionis nõ autem quãtitate molis.
¶ Qd̃ prima diuiſio ſit ꝑ quãtũ ⁊ nõ quantũ: p̃mo ꝓbant, Rõnes ꝓ poſitione.
q2 nihil eſt ens qd̃ nõ ↄtineat̃ ſub mẽbro aliquo iſtius: nam Prima rõ.
relões diuine ſunt nõ quãte. ¶ Scd̃o ꝑfectio ſiue quanti Scd̃a.
tas virtutis cõpetit entibꝰ ſub ipſo ente cõſtitutis ĩ eſſe q̃d
ditatiuo: igitur ante oĩa alia, ⁊ ꝑ ↄñs ens imediatius per illa
diuidet̃. Quod aũt quãtitas virtutis cõpetat cõtentis ſub
ente in eſſe q̃dditatiuo. Multifariã deducũt: p̃mo, q2 equi
nitas ſm̃ ſe cõſiderata eſt ꝑfectior lapideitate. Scd̃o quia
forme ſunt ſicut numeri: vt dicit̃. 8. meta. ⁊ nõ niſi ꝓꝑ perfe
ctionẽ. Tertio q2 genus diuidit̃ diuiſione eẽntiali per dr̃ias
nõ equeꝑfectas. Quarto q2 modus intrinſecus nõ formalr̃
nec realiter diſtinguit̃ ab eo cuius eſt: igitur quãtitas virtu
tis cõpetit in eẽ q̃dditatiuo oĩbus entibꝰ: q2 eſt modus itrin
ſecus. ¶ Ex his argui põt quãtũ ꝑfectionis cõpetit entibꝰ Alia rõnis
ĩ eſſe q̃dditatiuo: igit̃ etiã nõ quãtũ: ⁊ vltra igitur imediata
diuiſio entis eſt ꝑ quãtũ ⁊ nõ q̃ntũ, q2 illa eſt imediata en
tis diuiſio: cuius diuidẽtia ſunt cõtentis ſub ente imediatio
ra. Hec eni ẽ vis oĩs, ⁊ poᵃ rationũ eoꝝ. ¶ Cõtra hãc poſi Obiectio.
tionẽ ſolet obiici p̃mo entibus prius cõpetit vnitas q̃3 perfe
ctionalis quãtitas: igitur imediata diuiſio nõ eſt ꝑ quãtũ ⁊
nõ quãtũ: añs declarat̃, q2 ens diſtinguit̃ ex nã rei a finita
te ſm̃ iſtos: igitur in illo priori eſt idiuiſum in ſe ⁊ diuiſuz a
quolibet alio: igit̃ eſt vnũ. Scd̃o homo ĩquãtũ ens eſt vnũ,
⁊ nõ eſt finitũ ſiue quãtũ: igitur prior eſt vnitas q̃3 ipſa quã
titas. Tertio de rõne ĩfiniti eſt aggregare oẽs ꝑfectiones in
vnũ: igitur vnũ añcedit ip̃m infinitũ. ¶ Ex his cõcludunt
primã entis diuiſionẽ nõ poſſe eẽ per quãtũ ⁊ nõ quãtũ, ⁊
maxime apud ꝑipatheticos qui relões illas diuinas non
ꝑceperũt. ¶ Propter hec alij crediderũt primã ⁊ imedia Quita pō
tam entis diuiſionẽ eẽ ꝑ vnum ⁊ multa. Et hãc aſſerunt eẽ
opionẽ expoſitoris, qui in ꝓhemio metaphy. inq̃t hãc ſcia3
eſſe maxime itellectualẽ que maxime circa p̃nᵃ vlia verſa
tur, que q̃dẽ ſunt ens: ⁊ ea que ↄſequunt̃ ens, vt vnũ ⁊ mul
ta. Ecce quo videt̃ velle p̃mã entis diuiſionẽ ꝑ vnũ ⁊ mul
ta. Sed hec poſitio nõ eſt ꝑipathetica: vnde ait Auer. 7. hu Cõfutatio
ius in ꝓhemio q̃ p̃ma diuiſio eſt entis, in ſubaz ⁊ accidens.
Scd̃a eſt in poᵃᵐ ⁊ actũ. Tertia eſt in vnũ ⁊ multa. Ampliꝰ
expoſitor in. 10. huiꝰ ait q̃ itellectus p̃mo itelligit ens: ſcd̃o
nõ ens: tertio diuiſionẽ: quarto vnũ: quinto multitudinem:
igitur diuiſio entis ꝑ diuiſum ⁊ idiuiſum erit imediatior q̃3
per vnum ⁊ multa. Preterea Auic. in p̃ͦ ſue meta. aſſerit
rem eẽ ante vnũ: q2 vnũ dicit negationẽ res affirmationes:
igitur diuiſio ꝑ vnũ ⁊ mlta nõ eſt p̃ma. Cõtra ẽt hãc põnẽ
faciunt rõnes ꝓme opionis. ¶ Alij ob hec finxerũt ens Sexta pō.
p̃ma ſui diuiſione diuidi ꝑ q̃dditatez ⁊ modũ ſiue per q̃d ⁊
quale, que eadẽ ſunt apud eos. omne enĩz ens vel eſt q̃d vel
quale: q̃d ſubdiuidũt ꝑ creatũ ⁊ icreatũ, ⁊ creatũ q̃d ꝑ decẽ
p̃dicamẽta tandẽ modũ vel q̃le: diuidũt ꝑ quãtũ ⁊ nõ quã
tum, ⁊ quãtũ ꝑ finitũ ⁊ ĩfinitũ: finitũ xͦo in decẽ modos p̃di
camẽtoꝝ correſpõdẽtes decẽ q̃dditatibꝰ illoꝝ. Perſuadẽt hãc Perſua-
põnẽ p̃mo, q2 ad q̃d ⁊ q̃le ſtat vltimata reſolo cuiuſq3 en ſiones.
tis. Igit̃ p̃ma diſio entis eſt ꝑ q̃d ⁊ quale. añs p3, q2 oĩs cõ Prima.
ceptus reſolubilis reſoluit̃ in determinabile, qd̃ eſt quid: ⁊
determinãs qd̃ eſt quale. Scd̃o in cõceptibus q̃dditatiuis Scd̃a.

ſtat vltimata

ſtat vltimata reſolutio ad primũ quid/qḋ eſt ens:igit̃ in cõ
ceptib⁹ qualitatiuis vltima reſolutio debet ſtare ad vnum
modũ illi ꝑmo gd corridens:igitur ꝑma diuiſio erit ꝑ gd
Tertia. ⁊ quale. Ultimo ꝑmo ꝯceptui gdditatiuo reali corridet cõ
ceptus ꝑmus qualitatiuus realis ꝑmo determinās. Primo
enim gd corridet ꝑmũ quale:ſed eſt dare ꝑmũ gd:igit̃ pri
Cõfutatio mũ quale:⁊ ita p⁹ diuiſio erit ꝑ gd ⁊ quale. ℂ Sed pace bo
rum dixerim hęc poſitio nec eſt ꝑipathetica/nec vera:non
ꝑipathetica q: Ariſt. ⁊ Auer. ⁊ alij expoſitores ⁊ ſi pluries
Pria rō. ens ipm diuiſerint:nunq̃ in hęc diuidētia diuiſerũt. Nec ve
ra:ꝑmo/q: nullũ diuiſum cõuertit̃ cũ vno mẽbro ſuę ꝑmę
diuiſionis:ſed ens ⁊ gd cõuertunt̃/veluti ens ⁊ aligd:idem
enĩ eſt gd ⁊ aligd apud Gręcos grãmaticos:appellãt enim
gd ⁊ aligd τι το τινοσ ⁊ etiã apud latinos: ſed ipm aligd
Scda. cõuertit̃ cũ ente:igit̃ ⁊ gd. ℂ Scdo p⁹ quid apud iſtos eſt
ꝯceptus vltimus entis realis/ſed nihil diuidi põt in ſemet
Tertia. ipm:igitur ens nõ põt diuidi in gd ⁊ quale. ℂ Tertio nul
lum diuiſum ęqualiter ꝑdicat̃ de vno diuiſionis mẽbro ꝑ
ſe formalr̃ ⁊ de alio ꝑ accñs/ſiue denoiatiue. Sed ens pręꝑ
dicat̃ ꝑ ſe ⁊ formalr̃ de gdditate ⁊ de modo nõ niſi denoia
tiue apud eos:igitur ens non põt per hęc ęqualiter diuidi.
Quarta. ℂ Quarto nullũ ens reale diuidit̃ per ſe ꝑ entia intẽtiona
lia:ſed ens hic diuiſuz eſt ens naturę apud eos:gd ⁊ modus
ſunt entia intẽtionalia. Unde apud logicos dicẽdo aial eſt
gd/ille terminus aial/ſupponit mãliter ſiue ſimplr̃/q: ille
terminus gd/eſt terminus ſcdę intentionis. Similr̃ de mõ
Quinta dici põt. ℂ Quinto in omni diuiſione alicuius vniuoci ſm
Boetiũ ⁊ oẽs metaphyſicos opꝫ ꝯſiderare ipm qḋ diuidit̃/
ea in quę diuidit̃/⁊ ea per quę diuidit̃: veluti in diuiſione
aialis/diuiſum eſt ipm aial cõe:ea in quę diuidit̃ ſunt hõ ⁊
bruta:ea ꝑ quę ad hęc deſcẽdit/ſũt rõnale ⁊ irrõnale. Sed
in diuiſione entis naturę/quę eſt vniuoci:nõ ſunt ea in quę/
⁊ per quę/⁊ qḋ diuidit̃. ſi eſſet per quid ⁊ modũ:vt omnes
ſciunt/q: nihil cõmune vniuocũ eſt quidditatib⁹ ⁊ modis:
nec ſunt inferiora ad quę deſcendit illud cõmune/ſed ſoluz
per quę diuiditur:igitur hęc diuiſio nulla eſt.

ℂ Caput dilucidationis quartum.

5ª ſuppō. **Pro veritatis** igitur determinatione accipien
dũ ꝑmo ꝙ ſecus eſt qñ diuidit̃
vniuocũ aliqḋ vt genus/qḋ dicit certã ⁊ definitã nãm: ⁊ ſe
cus qñ diuidit̃ nomẽ in ſignõnes. Nã in diuiſione rei vni
uocę opꝫ cõſiderare rem/quę diuidit̃:dr̃ias qbus diuidit̃/
⁊ res iferiores in quas ꝑ dr̃ias deſcẽdit:at in diuiſione nois
ſufficit cõſiderare ſignatã:in quę diuidit̃:cũ eſt/q: nomẽ nõ
deſcẽdit in ſignificata ꝑ dr̃ias aliquas: ſed ſolum q: ad illa
Scda. ſignificãda eſt iſtitutũ. ℂ Scdo accipiẽdũ eſt diuiſionẽ no
minis/nõ eſſe ꝓpꝛie diuiſionẽ dicẽdã/ſed potius enumera
Boetius. tionẽ ſignificatoꝝ. Dicit hoc doctiſſimus Boetius in ꝑdica
mẽtis textu(Eoꝝ gdẽ quę ſm nullã cõplexionẽ)⁊ inquit nec
vllũ decẽ vllo mõ aliqḋ genus excogitari põt recte. Qua
re huiꝰ fecit enumerationẽ:ſꝫ nõ diuiſionẽ. diuiſio nãqꝫ fe
re eſt generis in ſpẽs: ꝑdicamẽtoꝝ aũt(qñ genus nõ hñt)
diuiſio eẽ nõ põt:ſed potius enumeratio eſt. Hęc Boetius.
Ex his plane patet diuiſionẽ nois nõ eẽ dicendã diuiſionẽ/
Tertia. ſed enumerationẽ ſignificatoꝝ. ℂ Tertio accipimus ꝙ ſi
cut põt dari ꝑma diuiſio. vꝫ. tripliciter vl'itatis ꝑmitate:im
mediationis:⁊ ꝑncipalitatis. Jta trifariã dici põt enumera
tio ſignificationuꝫ. vꝫ. ꝑmitate vl'itatis:ꝑncipalitatis:⁊ ime
Quarta. diatiõis. ℂ Quarto accipimus imediatã enumerationẽ eẽ
quę nomini in ſignãdo eſt imediatior:eſt autẽ imediatior
in ſignificãdo ipſi nomini qñ ꝑ nomẽ ſm famoſiorẽ modũ
ſignificãdi eius mẽbra ſignificant̃. Uerbi cã/hõ famoſius
⁊ imediatius ſignat ſortẽ ⁊ platonẽ: cõſequẽter aial/corp⁹/
Pō plato ⁊ ſubam:⁊ oia ꝑdicã illos. ℂ Ex his ſequit̃ ꝙ aliter plato
nicoꝝ. nici:⁊ aliter ꝑipathetici cogunt̃ dicẽ de entis diuiſione. Pla
tonici enĩꝫ/q: ponũt ipm ens vniuocũ decẽ ꝑdicamẽtis/co
guntur dicere ipm ens/qḋ eſt poſt vnũ/vtpote ens cauſabi
le eſſe qḋ diuidit̃:ea aũt in quę diuidit̃ volunt eẽ ſubam ⁊
accidẽs:ea ꝑ quę diuidit̃ volunt eẽ modos ſubſtãtię ⁊ acci
dentis/vtpote ꝑ ſe eẽ/⁊ alteri ihęrere. Jpſum aũt deũ ⁊ ma
teriã ponũt extra ens/⁊ ſub vno ꝯtineri. ℂ Peripathetici Pō pipa
aũt/q: ens ponũt ęquiuocũ ſiue analogũ: eius nõ diuiſionẽ theticoꝝ.
cogunt̃ ponere/ſed ſignificatoꝝ enumerationẽ(vt dictum
eſt)bimẽbrẽ. Et tũc iuxta poſitionẽ hanc ꝑma diuiſio ſiue
enumeratio bimembris ꝑmitate ꝑncipalitatis erit:vt dicit
Simplicius in ꝑmã cãm ⁊ ꝑmũ cauſatũ. Hęc enim diuiſio
ꝑma eſt/q: mẽbra ſunt ꝑſtabiliora oibus his/quę ſignifica
ri pñt ꝑ nomẽ ens:diuiſio aũt ꝑma ꝑmitate ęquationis non
erit vna tñ/ſed oẽs quę ęquãt nomẽ ens ⁊ omne ſignifica
tum eius. Ut ꝑ vnũ ⁊ multa/per cãm ⁊ cauſatũ/ꝑ actũ ⁊ po
tentiã ꝑ abſolutũ ⁊ reſpectiuũ/⁊ cęteris id genus. Oẽs enĩꝫ
hę diuiſiones ſunt ꝑmę ꝑmitate ęquationis/qñ nihil ꝑ no
men ens põt ſignari/qḋ nõ ꝯtineat̃ ſub aliquo mẽbro iſta
rum:⁊ nihil cõtineri põt ſub aliquo mẽbro iſtaꝝ/quin ſigni
ficari poſſit ꝑ ens. ꝑma vero diuiſio ꝑmitate imediationis
erit ꝑ ſubam ⁊ accidens:hęc enim diuiſio erit ꝑma ꝑmitate
ęquationis veluti cęterę. Nã omne qḋ ꝑ ens ſignatur:ẽ aut
ſuba:aut accidẽs:erit ẽt ꝑma ꝑmitate imediationis/q: ſub
ſtãtia ⁊ accidẽs imediatius ſignificant̃ ꝑ nomẽ ens. Et hoc
ait Ariſt. in ꝑn⁹. 7. inqt enim(totiẽs aũt ente dicto/palã ho
rũ primũ ens eẽ ipm gd eſt:qḋ quidẽ ſubam ipſam ſignat:
in quolibet inſtāti eēt maior:tūc in quolibet inſtāti erit ma
ior per vnū gradū minimū: ⁊ cū inſtātia ſint infinita:igiṫ in
fine motus velocitas erit infinita:ſic igitur vt de lumine eſt
dicendū:ꝙ in motu a virtute mobilis ⁊ mediꝫ acquiriṫ vn⁹
gradus velocitatis:deinde mobile moueṫ certo tpe: in cui⁹
vltimo ꝓducit ſm gradū velocitatis priorem augēdo: ⁊ ſic
vſqꝫ in finem: ⁊ huius cauſa eſt:qꝛ velocitas eſt quędā forā
naturalis:quę nō eſt acquiſibilis per ptes minores/⁊ mino
res in infinitū: vt cęterę formę naturales. Erit igiṫ ex oībus
ꝗs ꝯcluſio hęc ꝙ nulla intēſio eſt mot⁹ cōtinu⁹/ ⁊ vnus qua
rōne

rōne euenit, vt nec ip̄ſa remiſſio nec tarditas nec diminutio
ſit motus ↄtinu⁹ ꝛ vn⁹. Hec de dilucidatione dicta ſufficiāt.

¶ Caput ſolutionum quintum.

His ſufficienter elucidatis ad p̄ᵐ negaṫ maior.
Ad rōnē p̄mā que ꝓbat maio-
rem dico ꝙ 3° phyſicoꝝ diffiniṫ motus in eo ꝙ motus: ꝛ cō
cediṫ de rōne motus vl̄is eē ↄtinuitatē: nō aūt de rōne hu⁹
vel illius motus in ſpecie: vt ibidez dicit Auerroes. Aliquid
eni cōpetit alicui ꝑ rōnē gn̄is: qđ non cōpetit motui per ra-
tionem ſpeciei: per rōnem eniz motus in genere omnis mo
tus eſt vnus ꝛ continuus: nō tamen per rōnem ſpeciei: ſolus
enim localis per rōnem generis ꝛ ſpēi eſt vnus ꝛ cōtinuus:
ceteri omnes per rōnem generis ſunt cōtinui: per rōnē ſpe-
Cō.74. ciei ſunt interpolati: vt Auerroes ait 6° phyſicorum. ¶ Ad
ſcđam cōcedo ante omnē motū eſſe motum per rōnē gene-
ris: nō aūt per rōnem ſpeciei: ante enim primā minimi gene
rationem nō eſt gn̄atio. Animaduerte tn̄ ꝙ ante omnez mo
tum eſſe motū pōt bifariā intelligi etiā ſub rōne generis: q2
vel ꝑ inceptionē: vel per deſitionez: ſi intelligiṫ per deſitio-
nem: cōcediṫ ante oēm motū defuiſſe aliquē motuz: q2 ſem-
per ante totū motū deſijt p̄ma eius pars. ſi per inceptionez:
negaṫ ante oēm motū eſſe motū: q2 nō ante oēm motuz in-
cepit motus: q2 tūc idē motus incipet ante ſeipſum: ſil'r con-
cediṫ poſt oēs motū eē motū ꝑ inceptionē: qr̄ poſt oēz mo
tū incipit motus aliq̄s: nō aūt deſitionē: nō enim poſt omnē
motū deſinit motus: tūc enim idē eſſet poſt ſe. ¶ Ad tertiaz
conceditur aliquem motū eſſe in inſtanti: nō quidem per ra
tionem generis: ſed per rōnem ſpeciei. ¶ Ad rōnez Ariſto.
dico ꝙ arguit ad hominem: qui tenebat lationem eſſe ſubi-
tariam: ꝛ cōtinuum componi ex indiuiſibilibus: tunc enim
ſequitur in eodē nunc eſſe motū ꝛ quietē. At tenendo Auer.
dico ꝙ alterans in vno nūc alterat prima alteratione: in ſe-
cundo nunc mediato ſecūda alteratione etiam alterat: ꝛ ſic
non ſequiṫ in eodē nunc eſſe motum ꝛ quietem: quia non in
quolibet nūc eſt motus ꝛ quies: nec ſequiṫ idem moueri ſi-
mul motib⁹ ↄtrarijs. ¶ Ad quartā cōceditur ex parte agē
tis agēs agere citius in partē ꝓpinquā q̄ȝ in remotā: vel ne-
gatur illa omni ex parte: nec enim forma ꝓduci poteſt per
minus q̄ȝ per minimū extenſiue vel intenſiue: nec agēs po-
teſt agere vna actione in maius q̄ȝ in minimū: quare agens
nāle eque cito ꝓducit effectū in partē ꝓpinquā ꝛ in remo-
tam intra ſpherā minimā ſue actionis. Quoniā in tota ſphe
ra ꝛ cuilibet parti illius eque bene applicatur. ¶ Ad q̄ntaz
dico ꝙ lȝ de p̄ in motu ſint plures pōnes. Peripa^ci tenēt da
ri p̄ᵐ ꝛ vltimū motus in eo ꝙ motus ꝑ negationez: motus
ↄo per rationem ſpēi totalis ↄcedunt p̄mum ꝛ vltimuz in
acquiſitione per affirmationē: per exēplū in alteratione pri
mum erit in p̄mo inſtāti generationis caliditatis: vltimum
erit vltimus gradus illius: vel primū dicitṫ p̄mū minimuz.
vltimū aūt diciṫ vltimū minimū: cū quibus tamen ſtat cu-
iuſlibet rei ꝑmanētis dari p̄mū per affirmationē: nō autem
vltimū ꝑ affirmationē: nā multū refert appellare vltimū ꝛ
p̄ᵐ ſm eē: ꝛ p̄ᵐ ꝛ vltimū ſm gn̄ōnē: concedūt eni ꝑipa^ci pri-
mum ꝛ vltimū ſm gn̄ationem: quoniā primum minimuz:
qđ p̄ma gn̄atione acquiriṫ: ꝛ vltimū qđ vltima gn̄atione ha
beṫ. Scđm tn̄ eſſe cōcedunt primū: negant tn̄ vltimū: quo-
niam omne qđ in hoc inſtanti eſt: adhuc erit. Scđm eniz eē
vltimū diciṫ poſt qđ res primo nō erit. Primū aūt: ante qđ
nihil prius erat: qua rōne concedūt primū: negant vltimuz:
in gn̄atione aūt acquiſitiua concedūt primū ꝛ vltimū: vt di
ctū eſt. ¶ Ad ſextā patet ſolutio: quomodo pars itelligi po-
teſt prior toto: ꝛ quomodo nō: item ꝛ quomodo poſterior.
¶ Ad ſecūdā p̄n^lem patet ſolū ex dilucidatione. ¶ Ad ter-
tiā etiā patuit ſolū ex dilucidatione. Et addo ꝙ non oīs re-
miſſio vnius contrarij eſt intenſio alterius: quoniam ſtat fri
giditatem vt octo remitti ad vnū: ꝛ hec remiſſio nullius erit
intēſio: ſed bene erit eius cōtrarij generatio. Quādo eniz al-
terū ↄtrium remittitur: alterū oīno aut intēdiṫ: aut generaṫ.
¶ Ad quartā dico ꝙ vna totalis pōt eſſe altera totali velo
cior: quia eſt ſucceſſiua in tp̄e: particularis oīs eſt ſubitaria.
¶ Ad quintā negaṫ aſſumptū: q2 lȝ motus localis nālis ſit
cōtinuus: nō tn̄ cōtinuo velocitaṫ, vel intēdiṫ in velocitate:
vt dictū eſt in dilucidatione. ¶ Ad ſextaz oēs negant mini- De mino
mum inexiſtēs: ſiue ipſum ſit quantū intēſiue, ſiue extēſiue:
qr̄ omne quātū quouis modo eſt diuiſibile in infinitum in
partes inexiſtētes, ſiue potētiales: at minimū per ſe exiſtēs.
Quidā ↄcedūt illud ſm extēſionē ad hunc ſenſuz, ꝙ in ali-
quāta ſubiti magnitudine poteſt nāliter ſaluari aliqua nālis
forma: ꝛ in aliquāta minori nō pōt: igiṫ dabilis eſt minima
in qua poteſt. Pari rōne ↄcedunt maximum qđ ſic: quia in
aliquanta maiori pōt: nō aūt ſub omni maiori: igiṫ daṫ ma-
xima: nōnulli minimū ꝛ maximum extenſionis in diſſimi-
larib⁹: que etherogenea dicunṫ: negant aūt illud in ſimilari-
bus, que dicunṫ homogenea: volūt enim dari maximū ꝛ mi
nimū houē: negāt aūt maximā ꝛ minimā, carnē: ſed hoc fri-
uolū eſt: q2 ſi partes homogenee ſiue ſimilares pn̄t eē ſemꝑ
minores: poterūt in tā parua quātitate ſumi ꝙ ↄſtituūt cor-
pus etherogeneū ſiue diſſimilare in quātitate grani frumē-
ti eiuſdē rōnis cū corpore: qđ nūc eſt hoſ: qr̄ ſi cū q̄ntulibet
minore magnitudine partiūȝ homogeneaꝝ pōt ſtare eſſe ꝛ
forma: ꝛ etiā cū illis quātulibet minoribus poterit ſtare vita:
qr̄ vita totius reſultat ex cōpoſſibilitate partiū: ſic igiṫ ↄce-
daṫ minimū extēſionis in oib⁹ vt in libris phyſicoꝝ eſt cō-
cluſum. ¶ De minimo intēſionis calculatores negāt illud
oīno: ꝛ per ſe exiſtēs ꝛ inexiſtēs. ꝓbāt hoc fortiſſimo argu-
mento: q2 ponaṫ aliqđ lucidū illuminare aerē ſūme diſpoſi-
tum ad lumē ſm quātācūq3 diſtantiā pōt: tūc arguo: oī par
te ꝓportionali huius luminis eſt aliq̄ remiſſior: ꝛ loquor de
partibus ſm extēſionē ſubiecti: igiṫ nō eſt dare minimū lu-
men intenſiue. deducitur quia ſi detur minimuz lumen: eo
non erit in hoc medio aliud minus in aliqua illius pte. ant̄o
ꝓbaṫ: qr̄ in caſu dato nulla pars medij eſt ꝑ totū vniformi
ter lucida: ſȝ que remotior eſt: ſemꝑ minus eſt lucida: ꝛ quia
nō eſt dare vltimā ꝑtez ſimplr̄: que ſit illuminata: etiā non
erit dare aliquā minime illuminataz ſeu remiſſiſſime: ꝛ ita
quelibet eſt aliqua remiſſior pars luminis ſiui diſtincta: ꝛ
ita talis forme nō eſt dabile aliqđ minimū intenſiue: ꝛ ſicut
dicunt de lumine: ita in omnibus formis intēſibilibus negā-
da ſunt minima ꝛ maxima intenſiua: ſiue in gradu. Et lȝ de
hoc mā fuerit lōgus ſermo alibi: nī teneo de intētione ꝑipa-
theticoꝝ minimū ꝛ maximū etiā i gradu intēſionis: vt ſup-
poſuimus i dilucidatione. ¶ Tūc ad rōnē de viſione remi- p̄ᵒ ſolo.
ſſiſſima: dicūt nōnulli dabilē eſſe remiſſiſſimā viſionē in fie-
ri: nō aūt in corrūpi: in fieri quidē: quia rei permanētis daṫ
p̄mū: at in corrūpi nō: q2 nō daṫ vltimū: ꝛ ſic admiſſo caſu
illa viſio fieret remiſſior per remotionē viſibilis: ꝛ ita opor
tet illam deſinere per primū non eſſe: ꝛ idem de ceteris vo
lunt ¶ Sed hoc nihil eſt: quia ſi nō daretur vltimū in cor- Cōtra
rūpi: igiṫ nec in gn̄ari: nā ſi minimū calidū ꝯ̄tus corruptionē
pōt eē ſub minori q̄ntitate: tūc minimū frigidū pōt gn̄ari ſub
minori ꝛ minori in īfinitū aliter corruptio vni⁹ nō eēt gn̄atio
alterius: qr̄ illius qđ minimū fuit in generari pōt in infini-
tū aliqua pars minima corrumpi: igitur in infinituȝ minor
generari. ¶ Alij dicunt in his que ſubito fiunt: que non niſi
per inſtans durāt: ꝛ ex quoꝝ corruptione nihil fit: vt ſunt vi-
ſio, ꝛ illuminatio, ꝛ momentū dari primū ꝛ vltimū exponē-
do ſemper per affirmationē: remiſſiſſima enim viſio nūc eſt:
ꝛ imediate poſt hoc nō erit: itez nec imediate ante hoc: igiṫ
ſimul incipit ꝛ deſinit: ꝛ cū ex illius corruptione nihil gn̄et:
non ſequiṫ in eodē inſtāti eſſe ſubm ſub duobus contrarijs.

3ᵃ ſolo. ¶ Uel dici pōt pmū inſtās elōgationis ipſi⁹ viſibilis eſſe
pᵐ nō eē viſiōis remiſſiſſime: ⁊ ſic nego eē dabile vltimū: qꝛ
quotiēs tu pmū inſtās elōgationis lumie: erit tūc pmū non
eſſe illius: ⁊ ſic rō nulla. ¶ Ad 2am rōnē: que nūc facta eſt de
lumine dico eſſe deueniēdū ad vltimū ſpatiū medij illumi/
nati: qd̄ ęq̄lr eſt p totū remiſſe illuminatū: qa ex quo eſt mi/
nimū: agēs pōt ęqualr in pmā ⁊ vltimā illius ptē: vñ ꝯcedo
lumē ſphęralr multiplicari ꝓportionabilr: nō qdē p partes
potētiales: ſʒ p partes actuales: eſt igr̄ deuenire ad vltimū
remiſſium lumen. ¶ Ad 7am dico ꝙ necio raritas cōſequit̄
illā partiū diſtantiā: nō eni eē pōt: qn corp⁹ rareſiat: tn̄ rari/
tas nō ꝯſequit̄ eā pro quolʒ inſtāti: vt dictū eſt de velocita/
te: ⁊ ſic negat̄ ꝯn̄tia. Alr ⁊ facilius dico occupationē maioris
loci nō eē motū localē: ſʒ gnōnē maioris loci: que fit in inſtā/
ti: ſicut gnō caliditatis: ⁊ gnō raritatis: occupatio enī maioris
loci nō fit p ſe: ſed cōſecutiue ſicut tenēdo reſolōnē vſqʒ ad
māam pmā. Jn inſtāti gnōnis ignis ex aqua fit maior rarita/
tis: ⁊ occupatio maioris loci: ex quo ſequit̄ occupationē illā
nō eē p ſe tn̄ alicuius motus: ſʒ ꝯſecutiue tn̄. ¶ Ad 8am pʒ
ſolo ex dilucidatione: nō eni q̄lʒ approximatio ſufficit ad il/
luminādū: ſʒ in vltio inſtāti certę approximationis fit lumē:
vt dictū eſt: ⁊ ita lʒ motus luminoſi ſit ꝯtinuus: tn̄ illumina/
tio eſt interpolata. ¶ Ad 9am dico ꝙ agēs eſt ipeditū pp for
mę repugnātiā: repugnat eni forę in q̄lʒ iſtāti itēdi. ¶ Et ſi
dices tps iterpolationis eſt diuiſibile: ⁊ hʒ plā inſtātia: q̄re
igit̄ agēs pot⁹ in vno q̄ʒ in altero agit: patuit ſolo ex prima
diſputatione: tn̄ dico ꝙ ordinis accn̄talis nō eſt redēda cā:
niſi ex motu cęli: ſol eni plēs radios ꝓducere pōt: producit
tn̄ huc magis q̄ʒ illū p accñs: ex motu tamen cęli ordinato.
¶ Ad ꝓpoſitū agēs agit magis in vno q̄ʒ in altero p accñs:
ex motu tn̄ cęli eſt determinatū. Dici ēt pōt agēs iterʒ age
re: ſʒ ꝯſeruādo: nō aūt ꝓducēdo. ¶ Ad 10am dico ſenſuʒ de/
cipi circa ſenſibilia per accñs: nō aūt circa ſenſibilia per ſe.
Cōcluſio. ¶ Ex his appet ꝙ eē dabile pmū intēſuʒ eē: nā pᵐ inſtās eē
ſcdi gradus eſt pmū intēſum eſſe prioris. ¶ Scdo appet ꝙ
lʒ ad oēm remiſſionē alicui⁹ ꝯrij ſequat̄ gnō alterius: nō tn̄
ſequitur illius intenſio: quoniā ſemper intēſio formę ſuppo
nit illius generationē. Hęc de ſeptima diſputatione.

¶ Eodem tex.

¶ Octaua diſputatio. ſi intēſio formę fiat per
maiorē elongationem a ſuo cōtrario.

¶ Caput dubitationum primum.

pᵃ rō. Quod intenſio forę nō fiat p maiorē
elōgationē a ſuo ꝯrio:
arguit̄ pᵒ: qa multę ſunt forę: que carēt ꝯrio: q̄ tn̄
intēdunt̄: vt lumē / ſenſationes: ⁊ alię opationes:
pręterea multę ſunt forę que hn̄t ꝯriū: vt virtu/
tes: que nō p elōgationē a ꝯrio intendunt̄: ſed ex frequētatis
2ᵃ actib⁹ vt dictum eſt. ¶ Scdo arguit̄: qa tūc hoc dato: nulla
erit vera formę intēſio: vel remiſſio: ſʒ ſm̄ apparētiā tn̄: qꝛ
ſi p ſolā elōgationē intēdit̄: tūc forma que dr̄ aucta in rei ve
ritate nō dicet̄ aucta vel intēſa: cū nec maior q̄ʒ erat pꝰ: ſed
ſolū appet maior p ſui ꝯrij depurationē: qd̄ ipſi⁹ apparētiā
ipediebat. ¶ Tertio data qōne: tunc nunq̄ʒ foa augeret̄ in
3ᵃ aliquo ſubto: qn ſit in eodē ſubto foa illi⁹ ꝯria augeret̄. nā ſi
albedo augeat̄: tūc min⁹ nigredini ꝯmiſcet̄: igit̄ eʒ nigredo
minus miſcet̄ albedini: nō eni pōt albedo a nigredine remo
ueri qn eʒ nigredo ab albedine etiā elōget̄: q̄re vtraqʒ intē
det̄. ¶ Quarto ſi foa intēdit̄ p elōgationeʒ a ꝯrio vel hoc
4ᵃ eſſet ipſa remanēte tāta quanta erat pꝰ: vel qa p ꝯrij dimi/
nutionē aliqd addit̄ priori forę vltra illud qd̄ erat. ſi ſibi ni
hil addit̄: tūc nō erit intēſa ſm̄ rei veritatē: qm̄ pciſe eſt tan/
ta quāta erat: ſi aūt p talē elongationē aliqd addit̄ priori for
mę: igit̄ auctio formę nō erit ſola ꝯrij minutio. ¶ Quinto ſi
5ᵃ qd̄ eēt verū: tūc remiſſio fieret p accretionē ꝯrij: igit̄ vbi eſ/
ſet foa ſine tali miſtione: illa eēt ſūme talis: qd̄ eſt falſuʒ: nā
in aere puro nō eſt frigiditas aliq̄: ⁊ tn̄ eſt remiſſe calis: pōt
eni fieri aer purus magis vel min⁹ calis: ⁊ tn̄ eſt ſine ꝯrij ad/
miſtione: alr nō eſſet purus. ¶ Sexto nulla cā priuatiua eſt 6ᵃ
cā alicui⁹ poſitiui: ſʒ remotio talis eſt aliqd priuatiuū: igit̄ nō
eſt cā intēſionis: que eſt res poſitiua. ¶ Septimo mot⁹ de/ 7ᵃ
nominat̄ a termino ad quē ex 5ᵒ phy. ſʒ illa intēſio albedis
eſt dealbatio ex eodē 5ᵒ: igit̄ termin⁹ ei⁹ eſt aliq̄ albedo: ⁊ ita
nō eſt ſui ꝯrij remotio. ¶ Octauo data qōne: tūc ita caliditas 8ᵃ
ſucceſſiue gdualr acqreret̄: ſicut fridītas ſucceſſiue gradua/
liter deꝑderet̄: at frigiditas que remittit̄ a gradu ſūmo ad
nō gradū: remittit̄ ad ſubduplū / ad ſubquatruplū / ⁊ ad ſub/
octuplū: ⁊ ſic in infinitū: igit̄ caliditas intēdit̄ ad duplū / ad q̄/
truplū ⁊ octuplū: ⁊ ſic in infinitū: ⁊ ſic nūq̄ʒ remitteret̄ tota
frigiditas alicui⁹: qn induceret̄ infinita latitudo caliditatis.
¶ Nono applicet̄ aliqd infrigidās alicui calo in hoc inſtan 9ᵃ
ti / qd̄ eſt pſens: ⁊ quero vel in hoc inſtāti qd̄ eſt pſens intro/
duxit in illo aliquā frigiditatē: vel in inſtāti illi imediato: vl̄
mediato: nō in iſtāti: qd̄ eſt pn̄s: qa nō pt eē mot⁹ i iſtāti nec
in iſtāti imediato: qa nō eſt iſtās imediatū iſtāti: igr̄ illā idu
xit in inſtāti mediato: ſʒ iter q̄lʒ duo inſtātia mediat tps: igi/
tur tpe medio nō iduxit illā frigiditatē in calo vt octo: ⁊ cō/
tinuo in illo tpe medio illud infrigidās remiſit: igit̄ cū aliq̄
caliditate remiſſa nō ſtat aliqd ſui ꝯrij: ⁊ ſic remiſſio vni⁹ ꝯrij
nō erit intēſio ſui ꝯrij. ¶ Decimo ponat̄ ꝙ. a. ſit vnū calm 10ᵃ
vniformiter difforme in extremo itēſioris terminatum ad
gradū caliditatis ſūmū: ⁊ in extremo remiſſiori ad nō gradū:
⁊ cū illa caliditate coextēdat̄ fridītas vniformiter difformis;
p qōnē: ſic ꝙ vbi terminat̄ caliditas ad ſūmū: terminet̄ fridi/
tas ad nō gradū: ⁊ vocet̄ gradus ſūm⁹ ad quē terminat̄ illa
latitudo. b. ⁊ gradus medius toti⁹ latitudinis. c. ⁊ tūc cū ipſi⁹
b. ad. c. ſit ꝓportio finita: ſit illa dupla: ⁊ arguo ſic / aliqs eſt
gradus citra. b. in latitudine ſignata: cuius ad. c. eſt ꝓportio
plus q̄ʒ dupla: ⁊ q̄lʒ talis eſt ipſo. b. remiſſior: igit̄ aliqs gra/
dus ipſo. b. remiſſior erit intēſior: aſſumptuʒ ꝓbat̄: qa verſus
b. eſt repire aliquē gradū q eſt in duplo min⁹ admiſtus cuʒ
ſuo ꝯrio: ⁊ aliquem qui in triplo: ⁊ ſic in infinitū: qa ad illud
extremū terminat̄ fridītas ad nō gradū: igit̄ eſt reperire ali
quē gradū in duplo intēſiorē: ⁊ in triplo: ⁊ ſic in infinituʒ. te/
net ꝯn̄tia: qa ſicut ꝓportionaliter eſt minus ſuo ꝯrio admi/
ſtus: ſic erit intenſior: quare ſi verſus. b. eſt reperire graduʒ
aliquem in duplo minus admiſtū: erit reperire gradum in
duplo intenſum: ⁊ ſic in infinitū: quare erit reperire aliqueʒ
gradū citra. b. cui⁹ ad. c. erit ꝓportio plus q̄ʒ dupla. ¶ Un 11ᵃ
decimo data qōne: tunc aliqua forma imediate poſt hoc re/
mittet̄: que erit infinitę intenſionis: que tn̄ antea erat finitę
intenſionis. ꝓbat̄ ⁊ ponat̄ ꝙ. a. ſit vna caliditas ſūma extēſa
p aliqd ſubm: ⁊. b. ſit vna forma remiſſa pciſe ſubdupla ad
a. ⁊ incipiat. a. per aliqd agens ꝯriū inſtāti qd̄ eſt pręſens re/
mitti: ſic ꝙ illud agens incipiat in ſubiectū illud cui extēdi/
tur. a. inducere frigiditatē a nō gradu deducto quocūqʒ iu/
uamento / vel impedimēto extrinſeco: iſto poſito arguit̄ / ſic
a. inſtāti qd̄ eſt pręſens eſt pciſe in duplo intēſius. b. ⁊ ime/
diate poſt inſtans qd̄ eſt pręſens erit infinite intenſius. b. in
nullo variato. b. igit̄. a. imediate poſt hoc erit infinitę inten/
ſionis. tenet ꝯn̄tia: ⁊ aīs pro prima parte pʒ ex caſu. Et ſecū
da pars antecedētis arguit̄: qa. b. eſt aliqualr admiſtū cum
ſuo ꝯrio: cuʒ ſit forma remiſſa: ⁊. a. imediate poſt hoc erit in
infinitum minus admiſtum cuʒ ſuo cōtrario q̄ʒ ſit. b. igit̄. a.
imediate poſt hoc erit in infinitum intenſius q̄ʒ. b. cōſequē/
tia pʒ: ⁊ aīs ꝓbatur ſic / nullam latitudineʒ frigiditatis ime/
diate poſt hoc acqret. a. ⁊ ſi aliquā latitudinē frigiditatis. a.
imediate poſt hoc acquiret̄. a. eſſet aliqualr admiſtū cū ſuo
cōtrario: ⁊ aliqualiter intenſum: ⁊ ſi in duplo minorē. a. eſ/
ſet in duplo minus admiſtum: ⁊ in duplo magis intēſum: ⁊

ſic in infinitū: igit̃ ſi imediate poſt hoc in infinitū minorem illa certa data acgreret: foret in infinitū modice admiſtum cū ꝯrio: ⁊ ſic infinite intēſum: ⁊ ꝙ ipſi.a.nō acquiret̃ aliq̃ latitudo pꝫ ex caſu. Hec de dubitationibus.

℄ Caput tituli ſecundum.

Diximus ꝑxima diſputatione intēſionē foꝛe eē illius cōparatiuā gnōnez: ⁊ qꝛ oē cōparatiuum ſupponit poſitiuū: io gnō cōparatiua foꝛe ſupponit illi⁹ poſitiuā gnōnē: foꝛa igit̃ ꝑ abſoluta atqꝫ poſitiua gnōne gňat̃: poſtmodū ipſa genita augeť: que auctio eſt foꝛe intēſio: hui⁹ aūt intēſionis vt dictū eſt pᵐ nō eodē mō ab oib⁹ aſſignaŧ: ꝗ enī intēſionē volūt eē motū ꝯtinuū: aſſerūt pᵐ inſtās qd eſt ipſi⁹ gnōnis ꝑ affirmationē: eē intēſionis ꝑ negationē: ꝑipathetici aūt ꝗ intēſionē eē motū diſcretū atqꝫ iterpollatū fatenť: dicūt pᵐ inſtās itēſionis eē ꝑ affirmationē: eiſqꝫ illud in quo fit ſcdi gdus eiuſdē foꝛe cōparatiua gnō: vt dictū eſt: miſta ꝯria dicūt: que ſūt in eodē ſubto coexťſa: vt ſi in ligno pedali eēt calitas ⁊ friditas coextēſe: he miſte dicerenť: ⁊ elōgari ꝟo qñ altera recederet altera ꝑmanēte. Hec de titulo.

℄ Caput poſitionum tertium.

Poſitio ſimplicij Simplicius de pñti diſputatione velle vr̃ foꝛas eſſi ci intēſiores vel remiſſiores ꝑ maiorez vel minorē cū ꝯrio admiſtionē: aſſerēs foꝛaz eē intēſiorem: que min⁹ ſuo ꝯrio eſt admiſta: remiſſiorē: que magis illi eſt copulata: q̃ rōne velle vr̃ itēſionē nihil aliō eē: q̃ foꝛe depurationē: remiſſionē aūt nihil aliud q̃ illi⁹ cōmiſtionē. Hanc pōnē viſus eſt ſeq̃ Expoſitoꝛ vbiqꝫ: ꝗ dicit formas intēdi ꝑ

Cō.19. maiorē eꝯꝝ elōgationē. Ari. 3° topicoꝝ dicit ꝙ q̃ ꝯrijs ſūt impmiſtiora: ſūt magis talia: vt albi⁹: qd nigro ipermiſtius.

Cō.45. pꝛeterea Auer. 5° phy. ingt albū nō fieri minus albū niſi ex miſtione ſui ꝯrij: ⁊ ibidē ait diminutaz in oī gñe eē diminu

Cō.49. tū ꝑ miſtionē ꝯrij: ⁊ 2° de gnōne volēs ꝓbare q̃tuoꝛ elemēta eē in miſto: dicit ꝙ ſi calm nō eēt in cōpoſito: nō eēt in eo friduz: niſi in fine. i. in ſūmo: ex quo vr̃ ſm ipm ꝙ purūz frigidū eſt frigidū in ſūmo: ⁊ pura friditas eſt ſūma: ⁊ ita frigiditas nō ſūma ſꝫ remiſſa eſt frigiditas calitati cōmiſta. pꝛeterea Ari. 6° phy. nullā tribuit accidentib⁹ diſibilitatē niſi ꝑ accidēs rōne ſubti: ingt. n. de albo aūt alia rō eſt ꝑꝑ id qd ſꝫ accidēs oia diuiſibilia ſunt: cui enī accidit albū: aut q̃le illud

Cō.41. diuiſibile eſt: vbi Auer. ingt ſꝫ oia ſunt diuiſibilia ꝑ accidēs: idest oēs q̃litates: q̃re ſi nō ſūt diuiſibiles niſi rōne ſubti: relinquit̃ ꝙ nō pñt eē gradualr̃ intēſibiles: ⁊ ſic aut nullo mō erūt intēſibiles remiſſibiles fuerant ꝑ admiſtionez ꝯrij: idem

Obiones quoqꝫ Ari. ait in 5° auſcultationis phyſice. ℄ Sed huic pōni obijciūt gdā. Primo ga qñ albedo intēdit̃ aut intēdit̃ per adueñtū alicui⁹ poſitiui: vel ꝑ ſolaz ꝯrij remotionē. ſi pᵐ: igit̃ intēſio pri⁹ eſt ꝑꝑ additionē ptis ad ptē: ⁊ nō ꝑ ſolā remotionē ꝯrij. ſi 2ᵐ: tūc ſola ꝑuatio eēt cā effect⁹ poſitiui vt intēſionis: q̃ eſt effect⁹ poſitiu⁹: remotio enim ꝯrij pura ꝑuatio eſt. ℄ Scdo vt arguebat̃: mot⁹ denoiat̃ a termio ad quē ex 5° phy. ſꝫ illa intēſio albedis eſt de albatio: vt ibidē dicit̃ terminus ei⁹ eſt albedo: ⁊ ita nō eſt remotio ꝯrij. ℄ Tertio arguo ego fortiſſime ſic. ſi nulla q̃litas eſt gradualr̃ diuiſibilis ſꝫ ſolū rōne ſubti: tūc ei⁹ intēſio vel remiſſio fieri nō poſſet ꝑ ꝯrij maiorē vel minorē admiſtionē: qꝛ ei⁹ ꝯriū eēt ēt idiuiſibile gradualr̃: ⁊ ita cuicūqꝫ cōparabit̃ idiuiſibilr̃ cōparabit̃: ⁊ nō ſm magis ⁊ minus: faciūt ēt rōnes oēs in pri⁹ cō

2ª pō. tra hoc. ℄ Alij iuniores ſimplr̃ ꝓtulerūt intētionē fieri per minorē miſtionē cū ꝯrio: nō gdē ꝑ ſe ꝑ ac pri⁹ ſꝫ q̃ſi ꝑ accñs ſiue ꝯſecutiue: imaginant̃ enī formā intēdi ꝑ additionē ptis ſimilaris foꝛe ad ptē ſimilarez: ⁊ hoc pncipalr̃: ſꝫ ga nō pōt addi albedini ps albedinis: gn ab eodē ſubto remoueat̃ ps nigredinis: dixerūt intenſionē fieri ꝑ minorē cū ꝯrio admiſtione ꝯñter ⁊ quaſi ꝑ accñs: quatenus ad additionē ſilis ſi

Cōmentū pta ſuū ſile ſequit̃ remotio ꝯrij. ℄ Sed hec pō ſic nude ꝓbata eſt falſa. Primo ga non eſſet vlr̃ vera: qꝛ nō vlr̃ oīs foꝛa h꞉ ꝯriū: licet nec oīs foꝛa hñs ꝯriū: ſi intēdit̃: vt i ꝑ caplo tactū eſt. Pꝛeterea ꝯ hāc pōnem faciunt oēs rōnes pmi capitis: ⁊ ꝑcipue 8ᵃ / 9ᵃ / 10ᵃ / ⁊ 11ᵃ: hac enī data ſequūt̃ illa abſurda: ad que rōnes ille deducūt. vꝫ. ꝙ aliq̃ foꝛa i fine intēſionis eſſet ifinite intēſa: ⁊ qd remitti poſſet vnū ꝯriū altero nō itēſo: ⁊ qd aligs gradus citra ſūmū eſſet maioꝛ ſūmo: ⁊ ꝙ aligs gradus remiſſioꝛ ſūmo eēt ifinite itēſus: ⁊ tūc quere rōnes: omnia eniz hec ſequunt̃ ſi ꝓportionabilr̃ ſicut vnū ꝯrium remittit̃: alteꝝ intēderet̃. Quare hec poſitio ſic nude ꝓbata eſt erronea. Hec de poſitionibus.

℄ Caput dilucidationis quartum.

Pro dilucidatione igit̃ accipio. Primo ꝙ ꝯriū pōt ſumi poſitiue: ⁊ ꝑuatiue: vt phyſici dicūt: cōi enī ꝟbo foꝛa ⁊ ꝑuatio ꝯrie dicunt̃: ꝑpꝛie aūt albū ⁊ nigrū. ℄ Scdo accipio ꝑuationez ⁊ formā ita ſeſe hře: ꝙ ſi foꝛa eſt intenſibilis: atqꝫ remiſſibilis eius ꝯriū ſiue illud ſit ꝑuatio: ſiue foꝛa etiā eſt intēſibile ⁊ remiſſibile: hoc fatent̃ oēs ⁊ phyſici: ⁊ calculatores. ℄ Ex his ſeqtur ꝙ dū dicim⁹ itēſionē foꝛe fieri ꝑ minorē admiſtionē cū ꝯrio: ibi ꝯriū accipit̃ cōiter vt ſeſe extēdit: tā ad ꝑuationē: q̃ ad formā: qꝛ oē tale eſt intēſibile ſicut ſuū ꝯriū. ℄ Tertio accipio ꝙ vnū ꝯriū intēdi vel remitti ꝑ maiorez vel minorē admiſtionē cū ꝯrio pōt bifariā intelligi: aut gradualr̃: aut ꝓportionalr̃: gradualr̃ gdem: vt ſi alteꝝ ꝯriuz remittit̃ ꝑ vnū gradū: alteꝝ etiā ꝑ vnū intendet̃: ⁊ ſi iteꝝ alteruz per vnū aliū remittat̃: iteꝝ ⁊ alteꝝ ꝑ vnū aliū intēdat̃: ⁊ ſic ſemper gradualr̃ vſqꝫ ad nō gradū: ideſt ad pmuz nō eſſe talis ꝯrij remittendi: ꝓportionabilr̃ ꝟo vt ſi alteꝝ ꝯriū ſit in duplo remiſſum: intendendū ſit in duplo intenſum: ⁊ ſi remittendum ſit in triplo remiſſum: intendendū ſit in triplo intēſum ⁊ ſic in infinitū ſemꝑ ꝓportionabilr̃ vſquequo remitēdum deducat̃ ad nō gradū. ℄ Hanc diſtinctionē iuniores calculatores ſub aliqs ꝟbis obſcuris tradūt dicētes ꝙ vnū ꝯrium intendi vel remitti ꝑ maiorez vel minorē admiſtionem poteſt intelligi geometrice vl̃ arithmetice: ⁊ intelligūt geometrice hoc eſt ꝓportionabilr̃: arithmetice ꝟo gradualiter: vt dictū eſt: geometrica enī ꝓportionabilitas eſt ꝓpoꝛtionum eoꝝ que cōparantur: ſilitudo: quali ꝓportione ſunt cōparabilia ſex ad tria: ⁊ quatuoꝛ ad duo: vtrobiqꝫ eniz eſt dupla ꝓportio. Arithmetica ꝟo eſt graduū ſiue diſtãꝝ eoꝝ que cōparant̃: equalitas: quali cōparatione ſunt ꝓportionabilis ſex ⁊ quatuoꝛ: tria ⁊ vnū: vtrobiqꝫ enim exceſſus ſiue diſtã eſt per duo. ℄ Quarto accipio ꝙ vnuz ꝯrium intendi vel remitti ꝑ maiorē vel minorē admiſtionez ſiue ꝓportionabilr̃ ⁊ geometrice: ſiue gradualr̃ ⁊ arithmetice intelligat̃: poſſumus accipere aut motu cōtinuo: aut motu diſcreto ſiue interpolato. ℄ Ex his facile pꝫ dilucidatio per ꝯclōnes. Prima eſt ꝙ nullū ꝯrium intendit̃ vel remittit̃ pncipalr̃ ꝑ maiorē vel minorē admiſtionē cū ꝯrio. pꝫ ga hec maioꝛ vl̃ minoꝛ admiſtio eſt ꝑuatio: que nullius effectus poſitiui cauſa eſſe pōt. ℄ Ex quo ſequit̃ tale pncipaliter intēdi ꝑ additionem alicuius poſitiui eiuſdez rōnis cū ꝑcedenti: vt dicemus: ⁊ ꝯñter ꝑ maiorē vel minorē admiſtionē cū ſuo ꝯrio. ℄ Scda eſt ꝙ ſiue ꝯrium intēdat̃ vel remittat̃ per talem maiorē vel minorē admiſtionē pncipalr̃: ſiue ꝯſecutiue: itelligi nō pōt iſtud fieri motu ꝯtinuo. ꝓbat̃ ꝑ ꝑcedētē diſputationē: ga tūc intēſio eſſet motus vnus: ⁊ cōtinuus: ⁊ hoc non alr̃ ꝓbo. ℄ Tertia eſt ꝙ ſiue ꝯriū intēdat̃ vel remittat̃ pncipalr̃ ꝑ maiorē talē vel minorē talē admiſtionē: ſiue conſecutiue: nō pōt intelligi ꝑ maiorē vel minorez admiſtionem ꝓportionabilr̃ geometrice: ſꝫ arithmetice gradualr̃. ꝓbat̃ ꝑ quatuoꝛ rōnes tactas i vitio pmi capitis: qꝛ ſi itelligit̃ geometrice ꝓportionabilr̃ illō fieri: tūc ſic tale ꝯriū fiet i duplo minus admiſtū: ita fiet in duplo mai⁹: ⁊ ſicut in triplo mi⁹

Margin notes (right column): pª ſuppō (beside "Pro dilucidatione"); 2ª ſuppō (beside "Scdo accipio"); Exceptū (beside "Ex his ſeqtur"); 3ª ſuppō (beside "Tertio accipio"); Cuꝫ Calculato. (beside "Hanc diſtinctionē"); 4ª ſuppō (beside "Quarto accipio"); Dilucidatio. pª ꝯclō. (beside "Prima eſt"); Exceptū (beside "Ex quo ſequit̃"); 2ª (beside "Scda eſt"); 3ª (beside "Tertia eſt").

admiſtū:ita in triplo mai⁹:q̄re cū in īfinitū fiet min⁹ ac mi-
nus admiſtū fiet in infinitū maius:qḋ eſt falſuz. ꝑterea ſicut
ſuū ɔ̄riū remitteť ad duplū:ita ipm̄ itēdeť ad duplū:ꝛ ſicut
illḋ ad q̄druplū:ꝛ ſic in īfinitū:ita ꝛ ipm̄ itēdeť in īfinitū:qḋ
eſt ipoſſe. cā aūt hui⁹ eſt:q2 vt dr̄ 3° phy. diuiſibile oē pt̄ pro-
portionabilr̄ diuidi i īfinitū:augeri aūt nō:q2 oē poſſe auge-
ri erit q̄nq3 auctū:poſſe aūt diminui nō opz eē q̄nq3 diminu-
tū:ſic igiť ꝓportionabilr̄ geometrice nihil pt̄ intēdi vel re-
mitti ꝑ maiorē vel minorē talē admiſtionē:at ḡdualr̄ arith-
metice ſic:q2 ſic pt̄ ꝑ vnū gradū vnū ɔ̄riū mi9 miſceri ſuo
ɔ̄rio:ſic ꝑ vnū gradū pt̄ augeri:ꝛ ſic vſq3 ad octo:vl̄ vſq3 ad
ſūmū:nō eni ſeqť tale in fine eē īfinite intēſuz:qm̄ ſuū ɔ̄riuz
gradualr̄ eſt finite remiſſuz. ℭ Si qs nollet has ɔfuſiones
ꝑipathetice dicere poſſet nullā formā eē itēſibilē niſi ḡdua-
liter:ꝛ nullū ɔ̄riū eē remiſſibile niſi gradualr̄:nullū.n.ɔ̄riuz
pōt remitti ad duplū:ad triplū:ꝛ ſic in īfinitū:qm̄ remiſſio
eſt diſcreta ꝛ ḡdus ꝑ gradū:ꝛ nō ptis ꝑ ptē i īfinitū:ꝛ ſic nul-
la forā eſt itēſibilis niſi gradualr̄:qm̄ nulla pt̄ intēdi ad du-
plū ꝛ triplū:ꝛ ſic in infinitū:cū nihil motu ɔtinuo ꝑ ptē poſt
ptē intēdať:ſ3 ꝑ motū diſcretū gradus ꝑ gradū. Quare oēs
tales calculatoꝝ ɔfuſiōes euitare potes. ℭ Ex his facile pz
oē ɔ̄riū intēdi vel remitti ꝑ maiorē vel minorē admiſtionē
ɔ̄riȷ gradualiter tm̄:ꝛ motu diſcreto nō autē ꝓportionabili-
ter motu continuo. Hec de dilucidatione.

Ali⁹ modus faciliimus.

Dilucidatio.

ℭ Caput ſolutionum quintum.

His elucidatis ad oēs rōnes pz ſolō. Ad ṗmā tñ
dico ꝙ l3 careāt ɔ̄rio poſitiuo:nō
carēt ɔ̄rio ṗuatiuo:qḋ eſt intēſibile ac remiſſibile vt illi⁹ for-
ma. ℭ Ad 2ᵐ pz ēt ſolō:illa.n.ɔ̄ntia ſequereť:qm̄ intēſio eſ-
ſet ꝑ ſolā elōgationez a ɔ̄rio intelligēdo nihil addi poſitiui:
tūc.n.rō valeret:at Simpl. ꝛ Expoſitoꝛ dicūt ṗnr̄ formā au-
geri ꝑ additionē ſilis:ɔ̄riter aūt ꝑ remotionē illā. ℭ Ad 3ᵐ
negať ɔ̄ntia:qm̄ qn̄ remoueť albedo ab ipſa nigredine:re-
moueť ꝑ corruptionē nigredis:vbi aūt nigredo remaneret:
tūc eēt elōgatio mutua. ℭ Ad 4ᵐ pz ſolō per rn̄ſionē ad
ſcḋaz. ℭ Ad 5ᵐ quere ſolonē in lib. de gnōne:vbi diximus
elemētū puru alterari nō poſſe pura alteratione:ſed altera-
tione miſta gnōni. ℭ Ad 6ᵐ ɔcediť totū ad qḋ deducit rō:
illa.n.remotio nō eſt cā intēſionis:ſ3 magis effectus:q2 ɔco-
mitať ipſaz intēſionē:vel ſeqť: aut dici pōt qḋ eſt q̄ſi cā:q2
cā ſine qua nō:vel diſpoſitiua vt dicem⁹. ℭ Ad 7ᵐ ɔcediť
totū:nā remotio nō eſt termin⁹:ſ3 comitās terminū:vel ter-
minus ꝑ accñs:nec io tñ. ℭ Ad 8ᵐ ɔcediť ṗ ḡdualr̄ remitti
alteꝝ ɔ̄rioꝝ:ꝛ gradualr̄ intēdi alterū:tñ cū remiſſio non ſit
gradualr̄ in infinitū:nec intēſio erit gradualr̄ in īfinitū:ꝛ ne-
gať ꝙ remiſſio alteri⁹ fiat ꝓportionabilr̄ vſq3 in infinituz,
q2 ſm̄ ꝑipatheticos remiſſio fieri non pōt niſi gradualiter.
Scḋo dato ꝙ fiat remiſſio ꝓportionabilr̄ in infinitū:vt cal-
culatores dicūt:tñ intēſio nō creſcit in īfinitū:nō.n.opz au-
ctionē rñdere remiſſioni ſm̄ diuiſionē ꝓportionū:ſed bene
ſm̄ diuiſionē graduū:vt dictū eſt. ℭ Ad 9ᵐ apud calcula-
tores nō dať ṗᵐ applicationis ꝑ affirmationē:ſ3 ꝑ negatio-
nē:ꝛ tūc ɔcedo īmediate poſt hoc eē itroductā aliquā caliti-
tē:nullā tñ caliditatē eē inductā:q2 nec vt tria:nec vt quatuoꝛ:
nec aliq̄ talis. vel ꝑipathetice ɔcediť ṗᵐ ꝑ affirmationē ṗᵐ
gradū caliditatis eē iductū:ꝛ ṗᵐ gradū frigiditatis eē corruptū:
ꝛ vlteri⁹ ɔcediť aliquē motū ꝑtialē eē ſubitariū nō aūt tota-
lē. ℭ Ad 10ᵐ atq3 11ᵐ pz ſolō:ɔcludūt.n.intēſionē nō fie-
ri ꝑ elōgationē a ɔ̄rio ɔtinuo ꝓportionalr̄:cū quo tñ ſtāt illā
fieri ɔtinuo gradualr̄:hoc ſm̄ Calculatores:ſm̄ peripatheti-
cos dico ꝙ intēſio nec fit ꝑ remotionē ɔ̄riȷ ɔtinuo ꝓportio-
nalr̄:nec ɔtinuo gradualr̄:ſ3 ſolū ſucceſſiue diſcrete gradua-
liter. ℭ Ex his pz recte Simpliciū atq3 Expoſitores ſenſiſ-
ſe:voluerūt.n.itēſionē fieri ꝑ remotionē:nō tā̄q̄ ꝑ cām:ſed
tā̄q̄ ꝑ effectū ſequētē ad cām. Et de 8° diſputatiōe hacten⁹.

Intellect⁹ expoſitio Simplicij & Thome

ℭ Eodem tex.

ℭ Nona diſputatio. ſi intēſio ſit penes diſtantiā a nō gradu
remiſſio ecōtra penes ad propinquationē ad nō gradum.

ℭ Caput dubitationum primum.

Quod qḋ ſit falſa arguiť. Et ſupponať de ṗᵐ rō.
mēte Calculatoris ꝙ ois calidi-
tas ſūma finite diſtet a nō gradu. Scḋo ſuppo-
nať ꝙ latitudo motus vel velocitatis motus ſit
infinita. ꝓbať q2 latitudo ꝓportionis eſt infini-
ta:ꝛ latitudo motus vel velocitatis motus ſeqť ꝓportionez
ſeu latitudinē ꝓportionis:igiť latitudo mot⁹ eſt īfinita:his
ſuppoſitis arguo:cuiuſlibz latitudis remiſſio attēdiť penes
appropinquationē ad nō gradū:cū igiť .a. mot⁹ ꝛ .b. caliditas
eq̄lr̄ appropinquāt nō gradui:vt volo ſic acceptū ꝑ caſum:
ſeqť ꝙ .a. motus:ꝛ .b. caliditas ſint eque remiſſa:q̄re ſi intēſio
foꝛe eēt ꝑ diſtātiā a nō gradu:ꝛ remiſſio ꝑ appropinq̄tiōez: 2ᵐ
caliditas ſūma eēt remiſſa. ℭ Preterea de facto arguiť de lu-
mine:ꝛ arguo aliqḋ lumē qḋ diſtat a nō gradu tāta diſtātia
quāta caliditas ſūma ab eodez:eſt remiſſuz:igiť ſūma caliditas
erit remiſſa. aňs deduciť ponēdo:ꝙ .a. calīn ꝑ horā i aliquo
calefactibili ſufficiat iducere caliditatē vt octo:ꝛ ꝙ ſol ꝑ ſuuz
motū ɔtinuū magis apici meridiei appropiquet, illuminā-
do ɔtinuo magis ac magis aliquā ptē medij:tunc arguo ita
ſol pt̄ illuminare ptē illā:vt .a. ignis pōt .b. calefactibile cale-
facere:ſ3 .a. in hora calefacit .b. vt octo:igiť ſol in eadez hora
pōt illā ptē illuminare lumine vt octo:ħ oib⁹ pz:q2 lumini
nihil reſiſtit:ꝛ ſol eſt maioris potētie q̄ ignis:igiť ſi in hora
a. calefacit .b. caliditate vt octo:ſol illuminauit illā ptē in hora
lumie vt octo:vel tāto lumie ḡdualr̄:q̄ta eſt caliditas ſūma:
ſ3 illḋ eſt remiſſuz:q2 ɔtinuo magis ac magis creſcit in me-
ridiē vſq3:igiť calor ille erit remiſſus:q̄lr̄ remiſſuz erit ſūmo
eq̄le:q̄re itēſio nō fit ꝑ appropinq̄tionē ad nō ḡdū. ℭ Ter-
tio itēſio ꝛ remiſſio ſūt idē:igiť oē itēſuz eſt remiſſuz,ꝛ oē re-
miſſuz ē itēſuz. ꝯ3 arg̃ᵐ,q2 ſi poſſet aliqḋ eē itēſuz:qḋ nō eēt
remiſſuz:itēſio nō eēt remiſſio:ꝛ eɔ̄,ſi poſſet aliqḋ remiſſuz
nō eē itēſuz:tūc remiſſio nō eēt itēſio:igiť ſi itēſio ꝛ remiſſio
idē eſt:oē itēſuz eēt remiſſuz:ꝛ oē remiſſuz itēſuz. aňs ɔ̄ꝰo ꝓ-
bať:q2 ois ḡdus caliditatis eſt ſua itēſio:ꝛ ois ḡdus caliditatis
eſt ſua remiſſio:igiť remiſſio ē itēſio:ꝛ eɔ̄. ꝓbať ṗᵐ pᵒ aňtis:
qm̄ eodē mō hz 2ᵐ. nā ſi nō:deť oppoᵐ:tūc aliqs ḡdus cali-
ditatis nō eēt ſua itēſio:ſit ille .a. ꝛ ſua itēſio .b. ꝛ cū .b. itēſio ſit
tāta q̄tus eſt ḡdus .a. igiť ipſi⁹ .b. erit aliq̄ itēſio:ꝛ ſit illa .c. ꝛ
tūc vel opz ire in īfinitū:vel dicē ꝙ ḡdus caliditatis ſit ſua in-
tēſio:ꝛ ſic pz aňtis ṗᵐ ps. eodē mō pt̄ ſcḋa deduci:q̄re itēſio
eſt remiſſio ꝛ eɔ̄:ꝛ ita oē itēſuz eſt remiſſum,ꝛ eɔ̄:q̄re ſūma
caliditas ſi dr̄ ꝑ diſtātiā a nō gradu:tūc erit remiſſa. ℭ Quar-
to cuiuſlz caliditat ḡdus tm̄ ꝑciſe diſtat a nō ḡdu:ſicut ipe ē ꝓ-
pinqu⁹ nō ḡdui:igiť q̄lz eſt ita itēſus:ſic remiſſ⁹. ɔ̄ñtia pz:q2
intēſio fit ꝑ diſtātiā:ꝛ remiſſio ꝑ appropinq̄tionē. aňs ꝓbať,
q2 ꝑciſe ꝑ tātā diſtātiā ſiue latitudinē diſtat q̄lz ḡdus a nō
gradu:ꝑ quātā ipſemet nō ḡdui eſt ꝓpinqu⁹:q̄re ſeqť vt prius
idē ipoſſe. ℭ Sexto ſi qḋ eēt verū:tūc ois forā icludēs maxi-
mā diſtātia a nō gradu eēt ſūma. ꝛ ſic caliditas vnifor⁹ diffor-
mis īminata ad ſūmū eēt ſūma:qḋ ē ɔ̄ Calculatores. ℭ Se-
ptio data qōne:tūc i caſu duę q̄litates ſūt eq̄lis itēſiōis:q̄ ꝑ
totū aliqḋ tp̄s eq̄li velocitate itēdūť:q̄ tñ ꝑ tales itēſiones a
nō ḡduineq̄lr̄ recedūt:qḋ eſt flm̄:ꝛ arguiť ɔ̄ña,ponēdo ꝙ .a.
ꝛ .b. ſint latitudies vnifor⁹ difformes i ſuis extremis itēſiori-
bus terminate ad gradū mediū toti⁹ latitudis caliditatis:q2 grā
exēpli ſit vt 4ᵐ:ꝛ i extremis remiſſiorib⁹ ſint terminate ad
ḡdū meᵐ medieᵗᵃᵗᵉ remiſſioris:ꝛ tpote vt duo:ꝛ approxieť .c.
ſūme caliditati extremo itēſiori ipſi⁹ .a. ꝛ ꝑ totā iſtā horā vnifor⁹
agat i ip3 q̄uſq3 .a. in extremo itēſiori termieť ad ḡdū ſūmū
hoc eſt ad octo:ꝛ .d. calidū vt ſex approximeť extremo re-
miſſiori ipſi⁹ .b. ꝛ ꝑ totā eādē horā agat in ipm̄ .b. vniformiť

ter:ſic ꝙ in fine horę.b.terminetꝰ ad gradū vt ſex/ſm extre/
mū qḋ tūc erit inteſiſſimū:iſto caſu poſito,ſequit ꝙ.a.ꝛ.b.
per totam iſtam horaꝫ ęquali velocitate intenduntur: quo/
niam quanta velocitate.c.intendit ipſum.a.tanta.d.ipſum
b.ꝛ neutrum illorum agētium agit niſi intēdēdo:igitꝰ quāta
velocitate.c.intēdit.a.tāta.d.ipſum.b.ꝯñña pꝫ:ꝛ añs ꝓbatꝰ:
qa ab vtroqꝫ hoꝝ agētiū maxia latitudo iducta eſt vt qua/
tuormā.c.intēdit.a.ipſuꝫ a q̃tuor ad octo:ꝛ.d.ipſuꝫ.b.e duo/
bus ad ſex:vbi pꝫ diſtātias eē ęq̃les:q̃re ęq̃li velocitate intē
dunꝰ q̃litates iſtę:quę tñ ꝯtinuo inęq̃lr recedūt a nō gradi/
bus:q̃a.a.maiorē diſtātiā ꝯtinuo acqret q̃ꝫ.b.cū in fine inclu
det diſtātiā vt octo:ꝛ.b.vt ſex. ❡ Septio aliq̃ q̃litas velo/
cius recedit a nō gradu:quę tñ nō acqrit maiorē intēſioneꝫ
ceteris parib꜀:igitꝰ talis intēſio nō eſt pęnes receſſum a non
gradu mēſurāda.ꝓbatꝰ añs.ponēdo ꝙ.a.ꝛ.b.ſint ſub ſūmo
nigredinis colore:ꝛ ſub nō gradu albedinis:ꝛ debeāt ꝑ to
tā iſtā horā vniformiter intēdi ad albedinē ſūmā:ita vt in fi
ne horę vtrūqꝫ ſit ſūme albū:ꝛ cū h̄ supponatꝰ ꝙ.a.trāſeat
ꝑ plura media q̃ꝫ ipm.b.qḋ eſt poſ:eqrit trāſitus de albo in
nigrū:ꝛ eꝫ pt fieri qñqꝫ ꝑ plā:qñqꝫ ꝑ pauciora media:ꝛ ita
qñqꝫ ꝑ trāſitū maioris qñqꝫ minoris latitudinis:ꝛ arguitur
ſic.ꝑ totā illā horā velocius recedit a nō gradu albedinis.a.
ipſuꝫ q̃ꝫ.b.qa ꝯtinue maiorē latitudinē ſiue diſtātiā trāſit.a.
q̃ꝫ.b.ꝑ caſuꝫ:ꝛ tñ ꝑcise ęq̃lē latitudinē acqrēt:qa ꝑcise i fine
vtrūqꝫ erit ſūme albū:q̃re nō pꝫ. ❡ Octauo ponatꝰ ꝑ caſuꝫ
ꝙ.a.ꝛ.b.ſint duę latitudines caliditatis:ꝛ ambę extēſę ꝑ duo
ſubiecta pedalia:vt ipm.a.per.c.ꝛ ipſuꝫ.b.ꝑ d.ꝛ volo ꝙ calidi/
tas.a.taliter deperdatur per motum vniformem in hora ꝙ
prima medietate horę deperdatur tota medietas quantita/
tiua exiſtens in ipſius.c.ſemipedali:altera medietate ipſius
c.in nullo alterata: ꝛ in altera medietate horę deperdatur
ſcḋa medietas caliditatis i altera medietate ipſius.c.ꝑ.ꝯo
caliditas talr deꝑdatꝰ in.d.ſubiecto:ꝙ ꝑ motū vniformē in ꝑma
hore medietate cuiꝫ pūcto deꝑdatꝰ tota caliditas a ſūmo ad
mediū:ꝛ in ſcḋa horę medietate ēt ꝑ motū vniformē tota re
ſidua a medio vſqꝫ in nō gradū ēt in q̃lꝫ pūcto diſtis ſtātib꜀.
arguo.a.ꝛ.b.ꝑ motus vniformes in ęq̃li tpe deꝑdunꝰ ad nō
gradū:vt innuit caſus:ꝛ illi motus erunt inęqualiter velo/
ces:qa motus quo ipſum.a.deꝑditꝰ eſt in duplo velocior q̃ꝫ
motus quo deꝑditꝰ.b.qa i ꝑma medietate horę ꝑ motū quo
deꝑditꝰ.a.deꝑditꝰ tota latitudo a ſūmo ad nō gradū:ꝛ tūc ꝑ
motū quo deꝑditꝰ.b.ꝑcise deꝑditur tota latitudo a ſūmo ad
mediū:ꝛ eodē mō de ſcḋa medietate:igitꝰ nō ꝑ receſſuꝫ a nō
gradu mēſuratꝰ intēſio:nec remiſſio ꝑ appropinquationeꝫ.
❡ Nono ſolet argui de raritate ꝛ dēſitate:qa aliq̃s gradus
raritatis ē alio gradu dēſior:ꝙ nō eſt illo diſtātior a nō gra/
du:ꝛ h̄ mō nō eſt vl̄is regula:aſſumptū ꝯo facile deducitur
ſupponēdo ꝙ q̃lꝫ gradus raritatis ꝑ īfinitū diſtat a nō gra/
du raritatis:qḋ pōt ꝓbari:qa ſi ꝑcise ſinite tūc aliqḋ remiſſe
rarū poſſet terminari ad nō gradū raritatis:ſꝫ h̄ eſt ipoſe:
qḋ ꝓbo:ꝛ ponatꝰ ꝙ.a.rarū vniformiter difforme i extremo
intēſiori terminetꝰ ad certū gradū raritatis:in extremo autē
remiſſiori ad nō gradum raritatis ſi ſit poſe:ꝛ arguo ꝙ tale
nō ſit rarū.nā illud eſt infinite dēſuꝫ:igitꝰ nō eſt rarū.añs ꝓ/
batꝰ qa ſub extēſione finita hꝫ infinitū de mā:igitꝰ.a.eſt infi
nite dēſuꝫ:ꝛ ꝓbatꝰ iterū añs 2ᵐ:ꝛ diuidatꝰ.a.in ptes ꝓportio/
nales itaqꝫ ꝑma medietas intēſior.a.ſit ꝑma ps ꝓportiona/
lis:ꝛ pᵃ ps medietatis reſidue ſit ſcḋa ꝛ ſic deinceps:ꝛ arguo
ſi ſcḋa ps ꝓportionalis ipſiꝰ.a.foret tāta ſicut ꝑma:ꝛ i duplo
intēſior q̃ꝫ ſic iā pᵃ ipſa includeret in duplo plus de mā q̃ꝫ
ꝑma:ſꝫ ipſa nūc in duplo minꝰ icludit de mā q̃ꝫ tūc include
ret:eo ꝙ eſt in duplo minor ceteris parib꜀:igitꝰ nūc includit
tñ ꝑcise de mā ſicut pᵃ:ꝛ ꝯſilr argui pt de 3ᵃ reſpectu ſcḋę:ꝛ
de 4ᵃ reſpectu tertię:ꝛ ſic in infinitū:igitꝰ in q̃lꝫ pte ꝓpor/
tionali ipſiꝰ.a.tātū icluditꝰ mā ſicut pᵃ:igitꝰ ſub extēſione ip/
ſius.a.habetꝰ infinitū de mā:ꝛ ita ipꝫ.a.erit infinite intēſuꝫ:
igitꝰ nullo pacto rarū:ꝛ ita nullū remiſſe rarū pōt terminari
ad nō gradū raritatis:ꝛ ita q̃lꝫ gradus raritatis ꝑ infinitū di
ſtat a nō gradu:ꝛ ita pꝫ ſuppōitū:tūc arguo.q̃lꝫ gradus rarita/
tis ꝑ infinitū diſtat a nō gradu:igitꝰ nullus plus alio diſtat:ꝛ
ꝑ ꝯñs de raritate regula nō hꝫ locū. ❡ Decimo arguo ꝛ po
no ꝙ ſit vna caliditas vt q̃tuor coextenſe vni frigiditati vt qua/
tuor in vno pedali:ꝛ volo ꝙ agēs aliqḋ vt octo caliḋm itēdat
illā caliditatē vſqꝫ ad octo:tūc ꝓbo,ꝙ ſi intēſio fieret ꝑ di/
ſtantiā:ꝛ remiſſio ꝑ appropinquationē ad nō gradū:tūc in
fine horę caliditas illa eēt in īfinitū aucta.ꝓbo:frigiditas erit
in duplo nō gradui ꝓpinqua ꝛ in triplo,ꝛ quadruplo: ꝛ ſic
in infinitū:igitꝰ erit in infinitū remiſſa:ſꝫ ꝑ quātū ꝓportiona
bilr frigiditas remittit:ꝑ tātuꝫ augetꝰ caliditas:igitꝰ caliditas erit
in fine in infinitū aucta:plies alię rōnes fieri poſſent:ſed hę
ſufficiāt. ❡ In ꝯtrariū ſunt calculatores. Hęc de dubiōnibus.

❡ Caput tituli ſecundum.

Quid non graduꝫ:ꝛ qd ſit ſūmū ꝑorib꜀ diſputatio/
nibus eſt dictū:ampliꝰ qd intēſio:ꝛ quid
remiſſio formę ēt eſt dictū:intēſionē ꝯo fieri pęnes diſtātiā a
nō gradu:eſt intēſionē mēſurari ꝑ diſtātiā a nō gradu:men
ſurantꝰ aūt intēſiones ꝑ diſtātias eiuſmodi,qñ q̃lis eſt ꝓpor
tio diſtātiaꝝ q̃litatū ꝯtraꝝ a nō gradib꜀ earꝫ:talis eſt ꝓpor
tio intēſionū taliū graduū:vt qꝛ gradus ſūmꝰ i duplo plus di
ſtat a nō gradu q̃ꝫ mediꝰ:iō ſūmi ad mediū ꝓportio eſt du/
pla intēſiua:ꝛ de ceteris,id genus ſilr. Hęc pauca de titulo.

❡ Caput poſitionum tertium.

De diſputatione nōnulli calculatores ꝛ nō ipe/ pᵃ ſuppō
riti dixerūt intēſionē formę attē
di pęnes appropinquationē ad ſūmū:remiſſionē ꝯo pęnes
receſſuꝫ a ſūmo:huiꝰ opionis vī Auer.in 10ᵒ li.huiꝰ:vbi ait Cō.7.
in oī gñe eē vnū metrū ceteroꝝ:quę ſunt in illo gñe:ꝛ expo
nit illud eē optimū.ꝑterea in lib. de btitudine dicit oēs res
mēſurari cōparatiōe ſūmi:ꝑterea Ari.3ᵒ phy.dicit vnā eſſe
viā ab athenis in thebas:ꝛ ꝯͣ a thebis in athenas. Dico vnā
ſubō:rōne tñ alterā:q̃re vna erit ſubō via q̃ intēſio diſtat a
nō gradu:ꝛ ſūmo appropinquat:igitꝰ nō magis intēſio men
ſurari dꝫ pęnes receſſum a nō gradu:q̃ꝫ pęnes acceſſum ad
ſūmū. ❡ Sed hāc pōnē reſellūt calculatores. Pmo qa hāc Obiectio.
pōnē data:tūc gradus ſūmus caliditatis in infinitū excederet
gradū mediū totiꝰ latitudinis caliditatis:qḋ eſt ipoſe:ꝛ dedu/
citꝰ,qa plus excedit gradus ſūmus gradū mediū totiꝰ latitu
dinis:q̃ꝫ aliq̃s citra ſūmū,ꝛ vltra mediū:ſꝫ in infinitū aliq̃s
gradus citra ſūmū ꝛ vltra mediū excedit ipm mediū:qa in
duplo plus:ꝛ in quadruplo:igitꝰ ſūmus gradus in īfinitū ex/
cedit mediū.Or aūt i īfinitū aliq̃s gradus citra ſūmū ꝛ vltra
mediū excedat ipꝫ mediū.ꝓbatꝰ,qa i infinitū aliq̃s gradus
appropinquat ſūmo q̃ꝫ ipſe mediꝰ:ꝛ pęnes appropiquatio/
nē ad ſūmū eſt intēſio mēſurāda:igitꝰ ꝯͣ pꝫ:ꝛ ꝑ idē deduci pt
aliquē gdū citra ſūmū eē intēſiorē ſūmo:ꝑ idē ēt deduci pōt
ꝙ aliq̃s gradus vt.a eſt in duplo intēſior nūc ꝑcise q̃ꝫ gradus
b.ꝛ tñ.a.gdus imediate poſt h̄ erit in īfinitū intēſiꝰ.b.ꝛ tñ cō
tinuo poſt h̄ remittetꝰ.a.ꝑterea ꝑ idē deduci pt ꝙ gdus me/
dius totiꝰ latitudīs in īfinitū foret remiſſior ſūmo ꝛ oīa eadē
radice deduci pñt vt i ꝑ caplo ꝑriꝰ diſputatiōis eſt iductū.
❡ Propter hęc dicūt alij calculatores ꝙ pęnes aliū ſumitꝰ Pōs Cal
intēſio formę:ꝛ pęnes aliā ꝓportio intēſionis vniꝰ formę ad aliā culato:ꝛs
formā:ꝛ intēditꝰ.n.forma ꝑ gdualē receſſuꝫ a nō gradu:ꝛ gduales ꝛ Iaco. ꝛ
acceſſuꝫ ad ſūmū:ꝛ ꝑ gdualē remotionē a ꝯtrario:qꝛ q̃lꝫ forma Iuni.
quę intēditꝰ:ꝑ tātā latitudinē fit ꝓpinqor ſūmo:ꝑ quātaꝫ re/
mouetꝰ a nō gradu:atqꝫ a ꝯtrio illiꝰ,vt dictū eſt in ꝑria diſpu
tatione:nō gradus enī formę:ꝛ nihil formę:ꝛ priuatio ſiue con
trariū forme idē eſt:at ꝓportio vniꝰ intēſionis ad ꝓportio/
nē alterius nō eſt ſumēda pęnes ꝓportionē taliū acceſſuū
ad ſūmū:qa pōt vna forma alia in duplo plus accedere ad

ſūmū:que tn̄ eſt ea minus q̄ȝ in duplo intēſior:ſicut gradus medius medietatis totius latitudinis caliditatis i duplo plus accedit:g tn̄ nō eſt gradu medio in duplo intēſior:ſed in ſex qui altero:igit̄ ꝓportio intēſionis vni⁹ foꝛe ad ꝓportionem intēſionis alteri⁹ foꝛe ſumēda eſt pene ꝓportionē diſtātia
Cōfutatio rū a nō gradib⁹. Hec ſunt que calculatores ſenciūt. ¶ Sed pōnes hec ſine admiratione nō ſunt:ꝛ ab hoib⁹ vt ꝑote ocioſis adinuēte ſunt:g nō ꝟitatē adinuenire:ſȝ cōfundere enixi ſunt:ꝛ ꝓꝑea vi mihi hec nō eē ſapide nec ꝑipathetice dicta. Primo ga ois forma intēſibilis ſm ꝑipatheticos eſt ſinita: diſtātia aūt a nō gradu eſt diminuibilis ꝛ augmentabilis in infinitū:igit̄ intēſio qualitatis nō eſt attēdēda pene talē diſtantiā:nullū eni finitū pōt attēdi pene id:qḋ eſt infinitū. ¶ Scḋo ſi intēſio attēdit̄ pene diſtātiā a nō gradu ad ſen ſum eoꝝ, vel intēſio totalis:vl̄ partialis:nō partialis:ga ois talis eſt ſubitaria:igit̄ nulla talis eſt in ꝓportione velocitatis alteri cōparabilis.nō totalis:qm̄ illa ē diſcreta:atqȝ motus īterpolatus,vt ꝓbatū eſt:igit̄ pene nihil attēdit̄ velocitas intēſionis totalis:velox enim ꝛ tardū de motu dicunt̄ cōtinuo:ꝛ ita proportio intēſionis vnius forme ad ꝓportionē intēſionis alteri⁹ forme,pene nihil eſt ſumēda. ¶ Tertio apḋ ꝑipatheticos dat̄ velociſſima intēſio:ꝛ tardiſſima/ ſilr ꝛ maxia ꝛ minima intēſio:igit̄ nulla ꝑt alteri cōparari in ꝓportione velocitatis in infinitū:ꝗ cū ſit ꝑſpicua apḋ ꝑipatheticos omitto vlteri⁹ ꝓbare. Et de pōnibus hactenus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

p⁹ ſuppō **Pro dilucidatione** igit̄ debes ſcire de intēſione forme non alr̄ eſſe ſentiēdū:q̄ȝ de auctione alicui⁹ quanti:vt igit̄ augmentatio duplex eſt:totalis.vȝ.ꝛ ꝑticularis:ſic intēſio forme erit duplex:auctio qdē particularis eſt vni⁹ minimi ſubitaria gnō: qua auctū dr̄ maius q̄ȝ erat quātitate vnius minimi:totalis ꝟo auctio eſt gnō totalis tot minimoꝝ quot ꝯſtituūt vnam quātitatē nālē aucto:ꝑ quā auctū eſt deductū ad terminus: quē reqrit ſua ꝓpria forma. Qua rōne pȝ nec auctionē partilē:nec vniuerſam eē motū cōtinuū.partilē qdē nō : ga illa eſt ſubitaria, vniuerſam ꝟo minime:ga illa eſt cōpoſita ex partilib⁹ auctionib⁹ atqȝ minimis:nō alr̄ forme intēſio (vt dictū eſt) duplex eſt:partilis qdē:qua vnū ſiue minimū ſiue gradus forme ſubito acqrit̄:quo forma eſt maior q̄ȝ erat ꝑ vnū gradū:totalis aūt eſt gñatio totalis tot ſiue minimorum:ſiue graduū:quot foꝛ̄aȝ reddūt ꝑfectā:quare nec pma nec ſcḋa motus eſt ꝯtinuus. Prima nō:ga eſt ſubitaria. Secūda minime:ga eſt motus diſcretus:ꝛ ꝑ minimas intēſiones ꝯgregat⁹. Scḋo debes ſcire ꝙ multū refert itēſionē eē velocē vel tardā ꝛ breuē vel lōgā:velocius eniȝ dr̄ ꝙ motu ꝯtinuo inequali tp̄e ꝑtrāſit maius:vel in minori equale:tardius eȝ:breuis aūt atqȝ lōga dr̄ reſpectu termini vltimi:vt dicat̄ illa intēſio breuior:que in breuiori tp̄e ꝑtingit in ſuū terminū ad quē:illa lōgior:que lōgiori tp̄e ꝑuenit in eundē.
Corr. pm ¶ Ex his ſequit̄ ꝑ nullā intēſionē eē altera velocioreȝ:nec tardiorē:niſi equoce:quō ēt poete dicūt metaphorice tēpus velox:ꝛ ꝓꝑea videm⁹ Ari. velox ꝛ tardū ſolū in motu locali dediſſe:hr̄ tn̄ vna dr̄ altera breuior:altera lōgior:vt que ſuū in finē breuiori tp̄e ꝑducit:breuior dr̄:que longiori,longior.
2m ¶ Scḋo ſeqt̄ nullā intēſionē eē alteri cōparabilē in ꝓportione velocitatis:vel tarditatis:ꝛ ita pene nihil attēdit̄ velocitas vel tarditas intēſionis:nec pene aliqḋ eſt ſumenda ꝓportio intēſionis vni⁹ forme ad ꝓportionē intēſionis alterius.
3m ¶ Tertio ſeqt̄ duas itēſiones totales eē eque breues: per quaꝝ vnā maior foꝛ̄a eſt acqſita:q̄ȝ ꝑ alterā. Exēpluȝ,ſi ſint due totales intēſiones in eadē hora:ꝛ ꝑ vnā acqrat̄ forma intēſa vt octo:ꝛ ꝑ alterā vt quatuor:he ſūt eque breues: ga in equali tp̄e ꝑtingūt ad ſuos fines:altera tn̄ eſt maior altera:nō in velocitate:ſȝ in aggregādo plēs partiles intēſionesnā altera octo:altera quatuor partiles intēſiones cōgregat.
4m ¶ Quarto ſequit̄ duas intēſiones factas in equali tp̄e: quaꝝ vna eſt altera maior:ita ſeſe hr̄e:vt nulla ſit altera nec velocior:nec tardior:imo nec breuior:nec lōgior.pȝ iſtḋ per 3m nūc deductū:ille eni intēſiones totales ſunt eque breues: ꝛ vna altera maior:ꝛ inequali tp̄e facte:ꝛ tn̄ altera nō eſt altera velocior.
Dilucidatio. ¶ Ex his pȝ dilucidatio:ꝙ.vȝ.intēſio forme nec ꝑ diſtātiā a nō gradu:nec ꝑ acceſſuȝ ad ſūmū attēdit̄:niſi forte ꝑ accñs:vt dictū eſt. Hec pauca de dilucidatione.

¶ Caput ſolutionum quintum.

His elucidatis pȝ ſolō ad rōnes fere oēs : tn̄ ſpeciatim. Ad pmā ꝯcedit̄ p⁹ ſuppō: ꝛ negat̄ ſcḋa:imo ois latitudo eſt finita:cuȝ nulla foꝛ̄a nālis ſit infinita. ¶ Ad ꝓbationē dico ꝙ latitudo ꝓportionis ſit finita:qm̄ ꝛ virtus actiua ꝛ ꝟtus reſiſtitiua eſt finita:dictum eſt eni ſupius ꝙ velocitas motus nō acqrit̄ ꝯtinuo ꝑ diminutiōeȝ reſiſtētie:nec ꝑ cremētū potētie actiue. ¶ Ad ſcḋaȝ de lumine dico ꝙ tota latitudo luminis acqrit̄ vſqȝ ad meridiē,ꝛ nō an̄:ga nō niſi qn̄ ſol venit ad directū ꝑtis:ꝛ lȝ ſoli ꝛ lumini nihil reſiſtat:tn̄ nec lumē eſt ciri⁹ acqſibile:nec vſqȝ ad meridiē eſt diſpō reqſita ad illi⁹ ꝓductionē:ga deficit illi directio aſpectus. ¶ Ad tertiā dico ꝙ in aliqb⁹ intēſio ꝛ remiſſio eſt idē:vt in foꝛ̄a vt quatuor:in aliqb⁹ nō:nā caliditas vt octo eſt ſūma intēſio forme:ꝛ nullo mō remiſſio:caliditas vt vnū eſt ſūma remiſſio ꝛ nullo mō intēſio:qm̄ lȝ ſit diuiſibilis:nō tn̄ pōt diuidi in ꝑtes minores potētes per ſe exiſtere.cā aūt eſt,ga intēſio ꝛ remiſſio ſunt reſpectiue:ꝛ ꝓpterea nō pōt aliq̄ forma dici remiſſio niſi reſpectu intenſionis:ꝛ nulla intēſio niſi reſpectu remiſſionis:ga caliditas vt vnū nullā hȝ remiſſiorē:ideo dr̄ remiſſio tm̄:ꝛ nullo mō intēſio:caliditas aūt vt octo dr̄ intēſio ga reſpectu nulli⁹ dr̄ remiſſio:ꝛ hoc mō pȝ ꝙ lȝ aliq̄ itēſio,ꝛ aliq̄ remiſſio ſubto ſit eadē:tn̄ in oib⁹ nō eſt ita:vt dictū eſt. ¶ Ad quartā cōcedo aliquā caliditatē ꝑ tm̄ diſtare a nō gradu:per quātū illi eſt ꝓpinqua:tn̄ dicit̄ intēſa tm̄ ſi eſt vt octo:vel remiſſa tm̄,ſi eſt vt vnū:ga intēſio ꝛ remiſſio nō dr̄ rōne diſtātie:vt dictū eſt:ſed reſpectu alicuius alteri⁹. ¶ Ad qntā dico ꝙ non dr̄ caliditas ſūma ꝑ hoc:ga includit maximā diſtātiā:qr nō rōne diſtātie dr̄ intēſio:ſed rōne pluralitatis graduū.ꝓpterea latitudo vniformiter difformis lȝ actu includat diſtantiā ſūmā:tn̄ ꝟtute eſt tāta quātus eſt gradus medius,vt dicemus. ¶ Ad ſextā pȝ ſolō:ga intēſiones ille cū nō ſint cōtinue:nō ꝑnt eē eque veloces:vel in equalr̄ veloces. ꝓpterea ammiſſo caſu adhuc dico intēſiones illas eē eque veloces: ga ſemꝑ eqlr̄ ꝓportionalr̄ creſcūt reſpectu gradus medii: cui quelȝ illaꝝ rndet:ꝛ in fine ſūt ambe eqles,ga q̄lȝ eſt eq̄lis ſuo gradui medio. A.eni in fine eſt vt qnqȝ:ga aggregādo extremū intēſius ꝛ extremū remiſſi⁹:totū eſt vt decem: mediū aūt qnqȝ:ſilr̄.b.in fine eſt vt qnqȝ:ga extremū intenſius eſt vt ſex:ꝛ remiſſius vt q̄tuor:q̄ aggregata ſūt decē:q̄ꝝ mediū ēt qnqȝ ſūt:q̄re ſemꝑ ſūt eq̄les:ꝛ in fine eq̄les:hr̄ tn̄ dico ꝙ ſm ꝑipatheticos rō nulla eſt:ga nulla illaꝝ eſt motus ꝯtinuus:ꝛ ita erūt eque breues:altera tn̄ altera nō eſt intēſior. ¶ Ad ſeptimā pȝ ſolō:ga rō ſupponit falſuȝ:ſupponit.n.calitatē veloci⁹ recedē a nō gradu:imo nec velociter: nec tarde q̄litas pōt dici recedere a nō gradu:ſȝ breuiori vl̄ lōgiori tp̄e.ꝓpterea lȝ vna illaꝝ poſſet recedere ꝑ plā media ꝑ accñs:ꝑ ſe aūt oēs ꝑ vnū mediū eiuſdē rōnis recedūt.vȝ. ꝑ q̄litatē remiſſaȝ:rubeū eni ꝛ fuſcū ſūt ꝑ accñs media:at remiſſuȝ albū eſt mediū ꝑ ſe ad intēſum albū:ꝛ remiſſum nigrū ad intēſum nigrū. ¶ Ad octauā ꝑ dic rōneȝ ſupponere falſum:videlicet ꝙ motus illi ſiant continuo:ſecundo dic ꝙ ſemper erant eque veloces:ga ſemꝑ ſubm remanet equalr̄ talē:nā qn̄ tota latitudo.a.deꝑdit̄ in altera ꝑt⁹.b.medietate altera remanēte in fine medietatis hore totuȝ.c.remanet

calidū vt quattuor:qꝛ eſt regula calculatoris ꝙ p quātū latitudo eſt in ſubto p tātū ſui denominat illō: vt qn̄ eſt p medietatē ſubti:ideo p ſui medietatē denominat illud:quare.c. remanebit vt quattuor:ꝛ ſic in toto tpe ſemp reſpectu totius ſubti ſeruabiť eadē ꝓportio diſtāte a nō gradu. ❡ Ad nonam de raro ꝛ dēſo dico iuxta pōnē Auerrois dari maxime rarum:ꝛ maxime denſum:item minime rarū ꝛ minime dēſum:ꝛ ita non omne rarum eſſe dēſiꝯ:nec eꝯ:ꝛ ita negať oēꝫ gradū raritatis p infinitū diſtare a non gradu:imo eſt dare minimū in raritate:ꝛ ꝯcediť tale finite diſtare a nō gradu:ꝛ ꝯcediť vlterius caſus:ſed negatur tale eſſe infinite denſum. ❡ Ad rōnē ꝑ dico ꝙ illud acceptū nō ꝑt diuidi in aliquas partes:qm̄ eſt minimū:ꝛ dato ꝙ diuideref in partes potentiales. Adhuc dico ſcďam partē nō hre tantū de mā quātū prima hꝫ. ❡ Ad rōnē dico ꝙ dꝫ ſic argui ſi ſcďa pars ꝓportionalis eſſet tāta ſicut pma ꝛ in duplo intēſior ꝙ̄ ſit pᵃ:ipſa includeret in duplo plus de mā ꝙ̄ pma:igiť nūc cū ſit ſubdupla icluderet equalē de mā:ꝙ̄ remaneret eque dēſa:aliter negať argumētū:ꝛ ſic rō nulla eſt:qꝛ deficit 2ᵒ ꝯditio:ꝑt enī medietas hre equalē mām cū ſuo toto:qn̄ eēt illi equalr dēſa:alr negať argᵐ:plus enī accipiť in añte:ꝙ̄ inferatur in ꝯñte. ❡ Ad vltimū pꝫ multiplex ſolō.ꝑ negať ſuppoſitio:qm̄ intēſio ꝛ remiſſio nō eſt motus continuꝰ. Scďo dico ꝙ nō p quātū remittiť ꝓportionalr alteꝝ ꝯtꝛioꝝ:per tātū alterum ꝓportionabilr intēditur:ſꝫ per tātuꝫ gradualr. Tertio negať ſimplr alteꝝ intēdi p quātū alteꝝ remittiť:vt dictuꝫ eſt in ꝓxima diſputatione. Hec de nona diſputatione.

❡ Eodem tex.

❡ Decima diſputatio.ſi intenſio formę fiat per maiorem radicationem cum ſubiecto.

❡ Caput dubitationum primum.

Rōnes Egidij. aūt huic poſitiōi Egidius. Primo q: modus ꝑhandi peripathetcoꝝ eſt alius a modo ꝑhandi Platonicoꝝ:nā peripathetici proceſſerūt a ſenſibilib⁹ ad intelligibilia: Platonici ecōtra ab intelligibilib⁹ ad ſenſibilia:ꝛ ita poſitio Ariſtotelis nō poteſt eē ex toto falſa:ꝛ per cōſequens aut dixit veruʒ aut nō impoſſibile:ſed cōtra ſenſuʒ eſt ab vno agēte imediate poſſe plura de nouo ꝑduci:igiẗ poſitio illoꝛuʒ
Secūda. Suppō prima. aut eſt falſa:aut nō eſt peripathetica. ¶ Secūdo arguit in via Ariſtotelis,ſupponēdo q̄daʒ. Primo ſupponit de mēte peripatheticoꝛuʒ duplex eſſe agens,vniuſe qdem vt cęlum:particulare autē vt homo ad gn̄ationeʒ hoīs,ꝛ equus
Secūda. ad gn̄ationē equi. ¶ Secūdo ſupponit ꝙ ad gn̄ationē reruʒ perfectarū vt hoīs,ꝛ equi nihil pōt agens vniuſe:ſine agēte particulari:vnde dicit 2° phyſicoꝝ. Sol ꝛ homo generant hoīem. Ad generationē aūt rerum perfectarum,vt herbarū,ꝛ apū:ꝛ cęteroꝝ id genus:ſufficit agens vniuſe ſine particulari vt apes de carnib⁹ vaccaruʒ poteſt gn̄are ſine particulari agēte:non tamē ſine motu ꝛ trāſmutatione.
Tertia. ¶ Ex his duab⁹ ſuppōnibus ſequiẗ tertia:ꝙ apud peripatheticos nihil abſqʒ tranſmutatiōe,ꝛ motu:deduciẗ:q: ſiue fiat mediāte agente particulari,ſiue ſine agēte particulari:ꝛ ſolū ab agente vniuſli,ſemꝑ concurrit motus,ꝛ trāſmuta
Quarta. tio. ¶ Quarto ſupponit intelligētias ſeparatas non poſſe aliqd agere ſine motu ad vbi,mediante quo cauſent cęteros motus,ꝛ hos īferos effectus:agēs auteʒ particulare nihil agere pōt niſi mediāte motu ad formā:cū enim duplex ſit motus.vʒ.ad formaʒ:in quo multū tranſmutationis eſt:ꝛ ad vbi,in quo eſt parū tranſmutationis:cōcludit Egidi⁹ de mente peripatheticoꝝ,motuʒ ad vbi eſſe attribuēdum motorib⁹ ſeperatis:motorib⁹ vō mālibus eſſe tribuenduʒ motū ad formam. Quare hic eſt ordo:ꝙ queādmoduʒ cęlum nō agit niſi mediante agēte particulari:ſic ſubſtātię ſeparatę nō agūt niſi mediāte motu ad vbi:ꝛ mot⁹ ad vbi:nō niſi mediāte motu ad formā:ꝛ ſic itelligētię ſepatę in agēdo determinanẗ ꝑ motū corꝑis cęleſtis:cęlū aūt ꝑ agēs ꝑticulare. Hę ſunt ſuppōnes ꝑipathetice. ¶ Ex his concludit Egidi⁹ ad rerū diuerſitatē efficiēdā reqri ꝛ diuerſitatē agētium:ꝛ mā̄ruʒ.agētiū qdē:q: vnū agēs vniuſe nō ſufficit:quin ꝯcurrāt ꝑticularia,vel mot⁹ diuerſi:mā̄ruʒ aūt qa nullū agēs corporeū pōt plura facere,nō ꝯcurrēte mā̄:q̄ lʒ ſit vna oīum:tn̄ eſt multiplex potentialitate,ꝛ diſpōne:vt in cōmēto expoſui. Quare ꝯcurrūt plures mā̄ę:ſaltem ſm̄
Dubiū ꝯ Egidium. diſpōnes ꝛ potētias. Hęc Egidi⁹. ¶ Sʒ vellē a viro iſto itelligere:ꝑꝑ qd de⁹ apud Ariſtotelē in ꝑmordijs reꝝ ſufficit plura facere ſine mā̄ę diuerſitate:imo ſine omni materia prorſus:non aūt ſufficit plura facere de nouo ſine mā̄ę diuerſitate. Uult eniʒ Egidi⁹ oia imediate fuiſſe cauſata a deo:nō qdē de nouo,ſʒ ab eterno:iō emergit dubitatio maxima:ꝑꝑ qd de⁹ eterna ꝑductiōe potuit vt diuerſa efficere ſine diuerſitate mā̄e:non aūt de nouo niſi diuerſitas mā̄ę ſupponaẗ:hęc enī q̄ſtio eſt tacta ab Egidio:ſʒ nō eſt ſoluta:ꝛ apud me eſt maxia:q: de⁹ eſt ęque potēs ſi agat actione eterna:ꝛ ſi agat actiōe noua. Hęc ꝯ Egidiū. Et de pōnib⁹.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Pō nra catholi. Pro dilucidatione debes ſcire ꝙ aliter eſt catholice ſentire:ꝛ aliter

dialectice/ſiue phyſice diſputare:catholice enim ſentiendo opꝫ ſupponere deū eē agēs libere ⁊ contingēter:qḋ lꝫ non poſſit demōſtrari:pōt bonis perſuaſionibꝰ ꝓbari:qḋ nunc omitto:qꝛ alibi ꝓbaui.Secūdo opꝫ ſupponere deū eē infinitū:⁊ ita poſſe ſupplere vicē oīs agētis/⁊ mãç:qḋ etiā eēt ꝓbabile:nō tm̄ creditum.Ex his facile pꝫ catholice ſentiendo rerū diuerſitatē poſſe a deo ꝓuenire imediate/⁊ ſine mã:pꝫ.qꝛ eſt agens īfinitū ſupplēs vicē mãç ⁊ agētiū oīuꝫ: effectus ipſos efficiēs mere libere ⁊ ꝯtingēter. Hęc catholice ſentio.

Phicez via.

℄ Phyſice vō diſputādo:⁊ vt dicit Egidiꝰ:via ſenſus:opꝫ dicere aliter eē in pᷓma rerū ꝓductiōe/⁊ aliter in noua ꝓductiōe.Ariſtoteles enī via ſenſus poſuit duo pᷓncipia ꝯria his:quę nos ſentimꝰ.Primū eſt ꝙ lꝫ deus agat libere/tn̄ agit neceſſario:qꝛ apud ipm̄ libere agere nō eſt cōtingenter agere:ſtat enī cū ꝯtingentia/⁊ neceſſitate/vt dicit Auicē.⁊ ſępe diximꝰ in h̄ libro.Scḋm eſt dei actionē eē limitatam ⁊ finitā:vel qꝛ deus ipſe eſt virtute limitatꝰ⁊ finitus:vel qꝛ effectus ipſe eſt capacitate ꝯtus:non curo nunc hęc replicare:qꝛ in libro de infinitate pᷓmi/ſatis diſputaui. Ex his appet aliter eē in pᷓma rerū ꝓductiōe/⁊ aliter in noua rerū ꝓductione:nā in pᷓ rerū ꝓductione deus fecit oīa:q̄ poterat facere/vel quę erāt poſſibilia fieri:qꝛ egit libere ⁊ neceſſario ⁊ imediate:at in noua rerū ꝓductiōe:qꝛ agit neceſſario/⁊ mediate/nō poteſt aliqḋ facere non cōcurrente materia.Et quātū ad hoc recte ꝓceſſit Egidius.

Dubō ꝫ Egidi. ⁊ Ariſto.

℄ Sꝫ cū quęrebatur vlterius ꝓpter qḋ in prima rerū ꝓductiōe deꝰ fecit omnia:in noua autē non facit oīa.Amplius ꝓpter qḋ in prima rerū ꝓductione egit imediate:⁊ in noua rerū ꝓductione mediate(hęc enī dubitatio maxia eſt cōtra peripatheticos.)

Solo.

Dici pōt deū in prima rerū ꝓductiōe per ſe cauſaſſe mūdū/tāq̄ vnū effectū ⁊ ſuę potētię ęquatū.Sed res ipſas ꝓduxiſſe tāq̄ partes mundi/⁊ quaſi per accñs:⁊ hac rōne in prima rerū ꝓductione per ſe egit vnū:per accidēs plura:at in noua rerū ꝓductione per ſe facit plura:qꝛ nō facit illa per accñs:faciēdo mūdum per ſe:⁊ ſic opꝫ ꝯcurrere agētia particularia/vt ꝓbauit Egidius/⁊ mãm.Amplīꝰ in prima rerū ꝓductione fecit plura imediate:qꝛ illa ꝓduxit per accidēs tāq̄ partes ſui effectus ęquati:in noua rerū ꝓductione nihil facit niſi per mediū:qꝛ nullū ꝓductū eſt effectus deo ęquatus:⁊ ꝓpterea reqrit̄ ꝑticulare agēs tāq̄ limitatiuū actionis diuinę ad taleꝫ effectum inadęquatum.

Excorpal primū.

℄ Ex his ſequit̄ deum ꝓduxiſſe mūduꝫ apud peripatheticos imediate:qꝛ mūdus eſt effectus ęquatꝰ deo:⁊ etiaꝫ qꝛ nullū eſt agēs particulare/potēs in mūdū:per qḋ actio dei limitet̄ ad mūdum ipſius ꝓductionē.

Scḋm.

℄ Secūdo ſequitur mūduꝫ non potuiſſe ꝓduci niſi ab ęterno apud ipſos:quia mūdus eſt effectus ęquatꝰ deo:⁊ mediāte nullo agēte alio producibilis:deus etiā agit mere neceſſario:apud catholicos autē hn̄ mūdus ꝓducit̄ imediate:non qꝛ ſit effectꝰ ęquatus deo:ſed qꝛ nullū agēs citra deū pōt in illum. Amplius apud nos lꝫ ab ęterno potuit a deo mūdus ꝓduci:tn̄ etiaꝫ de nouo ꝓduxit:qꝛ mūdus nec eſt effectus ęquatꝰ deo:cum deus ſit potentię īfinitę:nec imediate ꝓducibilis:qꝛ potuit produci de nouo:eo quia apud nos deus agit mere libere ⁊ contingenter:hęc ſunt quibus catholici differunt a phis: quare qui vult hęc miſcere cum principÿs Ariſto.nec phyſice/nec catholice ſenuit.Hęc de dilucidatione.

℄ Caput ſolutionum quintum.

His expoſitis. Ad primā pꝫ ſolo:nec opꝫ amplīꝰ dilatare.℄ Ad ſcḋam dico:ꝙ q̄lꝫ pars eſt vera:nō tamē cōtra ꝓpōnē Ariſt.qꝛ ꝓpoſitio Ari. eſt vna cathegorica ſimplex de extremo copulato:⁊ ꝓpea nō poteſt eē vera niſi copulatim ⁊ ꝯiunctim:nō autē copulatiue ⁊ diuiſe.℄ Ad tertiā dico:ꝙ lꝫ mã ſit vna oīum:tn̄ eſt plures diſpōne ⁊ habilitate.℄ Ad quartā Ariſt.loquit̄ in agēte nālī vel neceſſario:⁊ nō in agēte libero ⁊ ꝯtingēti: vt in cōmēto patuit. Hęc de quarta diſputatione.

℄ Oportet igitur principium eē tale cuius ſubſtantia actus ⁊c̄.Tex.cō.30.

℄ Quinta diſputatio eſt.ſi prima ſubā ſit in potētia.

℄ Caput dubitationum primum.

Quod prima ſubā ſit in poᵃ:arguitur. Primo qꝛ pᷓ enti debet̄ pᷓ entis dīa:ſed poᵃ ⁊ actꝰ ſunt pᷓmę entis dīę:et poᵃ adhuc eſt prior actu/vt 9ᵒ huiꝰ dcm̄ eſt:igit̄ primę ſubę debet̄ poᵃ.Scḋo pᷓᵃ ſubā intelligit aliud a ſe:igit̄ eſt in poᵃ:omne enī intelligēs eſt in poᵃ ad intelligibilia:vt dī 3ᵒ de aīa:añcedens declarabit̄ in h̄ libro. Tertio pᷓma ſubā nūc mouet:⁊ prius non mouit:igit̄ eſt in poᵃ:añcedēs pꝫ apud catholicos:ſed apud phōs declarat̄: qꝛ pᷓma ſubā nūc mouet mãm ſimul cū agente particulari ad gn̄ationē alicuius:⁊ prius nō mouit cū tali agēte:igitur eſt in poᵃ.Quarto pᷓma ſubā nō differt a pᷓma mã:aliter darent̄ duę pᷓmę ſubę:⁊ ſic duo pᷓma.Pręterea oīs dīa eſt ꝑ formā:at nec pᷓma mã/nec pᷓᵃ ſubā hn̄t formas:igit̄ nō differunt:ſꝫ mã eſt in poᵃ:igit̄ pᷓᵃ ſubā eſt in poᵃ.Sꝫ ꝯtū arguit Ariſto.in textu. Hęc de dubitationibꝰ dicta ſufficiāt.

℄ Caput tituli ſecundum.

Per primam ſubaꝫ volumus itelligere:qḋ gręci deū appellāt:qui pᷓma eſt ſubā pᷓmitate ꝑfectionis:⁊ cauſalitatis:eo qꝛ eſt oīum perfectiſſima:⁊ oīum cauſa/vt dicemus:potētia aūt multifariaꝫ dicitur:vt videbitur:ſed in propoſito per potētiaꝫ intelligimꝰ principium patiendi ab alio. Hęc de titulo.

℄ Caput poſitionum tertium.

Pō platonicoꝝ.

Nōnulli Platonici dei attribuerūt potētiā ⁊ actiuaꝫ ⁊ paſſiuā:eſt enī duplex poᵃ:vt Ariſto. etiaꝫ ſentit:actiua qdē:q̄ pn̄ᵐ eſt mutandi aliud:paſſiua vō:q̄ eſt pn̄ᵐ mutādi ab alio.Qꝛ qdē deus poᵗᵐ hꝫ actiuā:pꝫ.qꝛ eſt primū mouēs/pᷓmū agēs:nihil aūt mouet/aut agit/niſi per poᵗᵐ actiuā.Qꝛ vō paſſiuā: ꝓbat̄/qꝛ eſt nūs ſeipm̄ mouēs vt Plato dicit.Pręterea itelligit ſe.Amplius nihil mouet̄ niſi ab eo:qḋ ſeipm̄ mouet:at oīa a deo mouent̄:q̄re deus ſeipm̄ mouet.Qꝛ ſi ſeipm̄ mouet:⁊ ſeipm̄ itelligit:ipſe a ſeipſo mouet̄:⁊ a ſeipſo recipit intellectionē:q̄re hꝫ poᵗᵐ paſſiuā. Hęc ex Platone.

Obiectio Ariſto.

℄ Obycit auteꝫ Ariſt.huic pōni in textu/ꝙ ſi pᷓma ſubā ſit in poᵃ ad motū paſſiua:tūc motus nō erit ſempiternus.deducit:qꝛ ꝯtingit poᵃ exiſtēs nō eſſe: nā poſſibile eſt vel qḋ eſt/⁊ pōt nō eē/vel qḋ non eſt/⁊ pōt eē.Quare ſi ſubā pᷓᵃ mouet ꝑ h̄ qḋ eſt in poᵃ paſſiua:tūc poteſt mouere ⁊ nō mouere:⁊ ita q̄nq̄ꝫ motꝰ nō erit.Secūdo arguit Ap.īfra ⁊ in 9ᵒ huiꝰ:ꝙ ſi ſubā pᷓᵃ eſſet in poᵃ paſſiua: tūc aliqḋ eēt prius ſubā pᷓᵃ:deducit:qꝛ oē qḋ eſt in poᵃ paſſiua:exhit̄ ab aliq̄:qḋ eſt pᷓus/⁊ in actu.Tertio arguit ī textu: ſubā pᷓᵃ eſt ſimplr̄ ꝑfecta:igit̄ nō eſt in poᵃ paſſiua.tenet argumētū:qꝛ oē ēxñs in poᵃ paſſiua eſt iperfectū. Hęc Ariſt.

Pō Joā.

℄ Joānes vō Gādauēſis tenet ꝑꝑ hęc pᷓ ꝙ pᷓᵃ ſubā nec eſt poᵃ paſſiua:nec hꝫ poᵗᵐ paſſiuam:nec eſt in poᵃ paſſiua:pꝫ totū h̄ per dictas rōnes.Scḋo tenet ꝙ pᷓᵃ ſubā nō hꝫ poᵗᵐ actiuā:nec eſt in poᵃ diuerſa ab eius eſſentia.Probat qꝛ pᷓᵃ ſubā eſt pᷓmū mouēs:virtute cuiꝰ oīa mouēt:vn̄ pōt argui/ qḋ pᷓ ⁊ virtute ꝓpria mouet:nō hꝫ poᵗᵐ diuerſaꝫ ab eiꝰ eēntia:at pᷓᵃ ſubā pᷓ mouet/⁊ virtute ꝓpria:igit̄ nō hꝫ poᵗᵐ aliā ab eiꝰ eēntia.Tertio dicit ꝙ pᷓᵃ ſubā eſt in poᵃ ſiue hꝫ potētiā:q̄ eſt eius eēntia:ꝓbat̄.illud ad qḋ reducunt̄ oīa q̄ mouēt ꝑticipatiue:mouet ꝑ eēntiā ſiue ꝑ poᵗᵐ/q̄ eſt ſua eēntia: ſed ad pᷓmā ſubaꝫ oīa q̄ mouēt:reducunt̄:igit̄ mouet ꝑ eſſentiā/ſiue ꝑ poᵗᵐ:q̄ eſt eius eēntia.maior ꝓbat̄.qꝛ oē tale per participationē reducit̄ ad aliqḋ tale ꝑ eēntiaꝫ:quare ſi

omnia

omnia mouētia reducunt̄ ad primā ſubam:illa mouebit ꝑ
Obiectiones. eſſentiā:ꝛ ita ꝑ poᵃᵐ:q̄ eſt ciᵘ eēntia.℄ Sꝫ obyciūt logici.
Pⁱo q꞉ vident duę ꝯnes icōpoſſibiles.vꝫ.ꝙ p̄ma ſuba ſit
in poᵃ,ſiue hēat poᵃᵐ:ꝛ ſit talis ꝑ eēntiā:nā ſicut albedo nō
eſt alba:nec hꝫ albedinē:q꞉ eſt talis ꝑ eēntiā:ſic p̄ma ſuba
nō hꝫ poᵃᵐ:ſi eſt talis ꝑ eēntiā.Scd̄o tūc idē erit potens ꝛ
poᵃ:deducit̄ q꞉ p̄ma ſuba hꝫ poᵃᵐ actiuā ꝑ Joānē:igit̄ eſt
potēs:ꝛ eſt talis per eēntiā:igit̄ eſt potētia:igit̄ idē erit po-
Poſitio logicoꝝ. tens,ꝛ poᵃ:ꝛ ſic poᵃ erit potēs.℄ Propter hęc tenent logi-
ci ꝙ prima ſuba:nec ſit in poᵃ paſſiua:nec ſit ipſa poᵃ paſ-
ſiua:vt rōnes Joānis dicūt.Secūdo dicūt ꝙ p̄ma ſuba nō
eſt in poᵃ actiua:nec hꝫ poᵃᵐ actiuā:ſed ſit ipſa actiua potē-
tia:pbat̄ ꝯcluſio per ea q̄ dicta ſunt contra Joānem.Pręte-
terea Ariſtoteles ipſe in textu ꝯcludit primā ſubam eē ta-
Cōfutatio le:cuiᵘ ſuba eſt actus,ꝛ ita eſt ipſa poᵃ actiua.℄ Sed hęc
poſitio nō eſt peripathetica.Pⁱo,q꞉ apud ꝑipatheticos in
abſtractis a mā idem eſt ſumptū ꝛ principale:h̄ eſt qcq̄d
Cō.39. denoiat̄ noie abſtracto:denoiat̄ noie ꝯcreto:vt dicit Auer-
roes:ꝛ videbit̄ infra:in illis eni īctll's dī itelligēs.Prima
enim ſuba eſt intell's ꝛ ītelligēs:eſt intellectio ꝛ ītelligibile:
eſt bonū ꝛ bonitas:ſapiēs ꝛ ſapientia:ꝛ breuiter ſi denoiat̄
noie abſtracto:denoiat̄ noie ꝯcreto:igit̄ ſi p̄ma ſuba eſt po-
tētia denoiabit̄ potēs,ſiue hn̄s poᵃᵐ,ſiue ens in poᵃ:quare
cauillatiōes ſunt ꝯ Joānē hę quas dederūt.Secūdo videt̄
ꝙ p̄ma ſuba nec ſit poᵃ actiua,nec hēat poᵃᵐ actiuā:pbat̄.
q꞉ agere ꝛ pati ſunt ꝑ q̄litates actiuas ꝛ paſſiuas:vt dī in li-
bro de gn̄atione capite de agere ꝛ pati:ſꝫ p̄ma ſuba nō eſt
qualis,nec quāta:igit̄ nec eſt poᵃ actiua:nec hꝫ poᵃᵐ actiuā.
Tertio ſi p̄ma ſuba eēt in poᵃ actiua:tūc poſſet agere ꝛ non
agere.tenet argᵐ:q꞉ ꝯtingens ęquale eſt tā in potētijs acti-
uis q̄ꝫ paſſiuis,vt dicit Auicē.qcq̄d velit Auerroes 2ᵒ phy-
ſicoꝝ.hęc igit̄ poſitio nō eſt clara.Hęc pauca de pōnibᵘ.

℄ Caput dilucidationis quartum.

Quot modis poᵃ. Pro dilucidatione. Primo debes ſcire ꝙ
poᵃ(vt dcm̄ eſt)inter-
dū ꝑ actiua,interdū pro paſſiua accipit̄:verū ſicut paſſiua
apud Ariſt.in libro de aīa ꝯſueuit accipi īterdū in famoſo
ſignificato ꝑ p̄nᵒ,quo aliquid patit̄ ab alio corruptiue:eo
mō quo lignū patit̄ ab igne:nōnūq̄ꝫ pro p̄nᵒ,quo aliq̄d pa-
tit̄ ab altero perfectiue:ceu ītell's ab intelligibili,ꝛ mobile
ſm̄ locū a motore:ſic ꝛ actiua pōt accipi in famoſo ſignifi-
cato pro p̄nᵒ:quo aliq̄d agit corruptiue in aliud:ꝛ h̄ pacto
qualitates p̄mę ſunt poᵉ actiuę:interdū ꝑ ſignificato minᵘ
famoſo:qd̄ eſt p̄nᵐ,quo aliq̄d agit in alterū ꝑfectiue:eo mō
quo itelligibile agit in intellectū:de agere ꝛ pati deqꝫ potē-
tijs actiuis ꝛ paſſiuis ſm̄ famoſuꝫ ſignificatū acceptis log-
tur Ariſt.in libro de gn̄atione ꝛ corruptiōe:de hiſmet in ſi-
gnificato minus famoſo loquit̄ Ariſtoteles in libro de aīa.
Nō q̄ denoiat̄ ꝯcretis in abſtractis. ℄ Scd̄o debes ſcire,vt accepimᵘ ꝯ logicos:ꝙ in ſeparatis a
mā qcq̄d denoiat̄ a ſumpto,denoiat̄ a p̄ncipali,ꝛ ecōtra:
hoc eſt qcq̄d denoiat̄ a ꝯcreto,denoiat̄ ab abſtracto:deus
eni eſt intell's,ꝛ eſt ītelligēs,ꝛ eſt ītellectio,ꝛ eſt itelligibile:
Dilucidatio. pᵃ ꝯclo. hoc ꝑ nūc petat̄:q꞉ infra declarabit̄.℄ Tūc dico p̄ ꝙ ſim-
pliciter hoc eſt in famoſo ſignificato loquēdo in p̄ma ſub-
ſtātia:nec eſt ꝑ ſe potētia actiua,nec paſſiua:nec eſt in poᵃ
actiua,nec paſſiua:hoc ex dictis deducit̄:q꞉ p̄ma ſuba,nec
patit̄ corruptiue,nec agit corruptiue:igitur ꝯclo vera eſt.
Secūda. ℄ Scd̄o dico ꝙ loquēdo de poᵃ paſſiua ſm̄ ſignificatum
minus famoſuꝫ p̄ma ſuba nec hꝫ ꝑ ſe poᵃᵐ paſſiuā,nec eſt
per ſe in potētia paſſiua,nec eſt per ſe potentia paſſiua:de-
ducitur:q꞉ tūc eſſet in potētia ad aliquaꝫ perfectionē:ꝛ ſic
Cō.51. eēt aliqd̄ perficiēs primā ſubſtātiaꝫ:hoc eſt de mēte Ariſt.
Tertia. infra in textu.℄ Tertio dico:ꝙ etiaꝫ loquēdo de potētia
paſſiua ſm̄ ſignificatū minus famoſuꝫ:lꝫ per accidēs non
ſit potētia paſſiua,per accidēs pōt dici eē in potētia paſſi-
ua.Prima pars pꝫ.q꞉ ipſa prima ſubſtātia in ſe nec per ſe,
nec per accidēs eſt perfectibilis ab altero.Secūda dedu-
cit̄,q꞉ ſaltem rōne mobilis,cui applicat̄,eſt in potētia paſ-
ſiua ad vbi craſtinū.Primū eni mobile lꝫ ſm̄ materiā nō
mutet vbi:ſm̄ formā eſt in potētia ad vbi,vt dicit̄ 6ᵒ phy-
ſicoꝝ.igit̄ prima ſubſtātia:quę mouet primuꝫ mobile:dici
poteſt in potentia paſſiua,eo mō quo colūna dicit̄ dextra,
vel ſiniſtra,nō dexteritate accidente in ipſa:ſed in aīali:ſic
etiā prima ſubſtātia dici pōt in potētia ad vbi:nō ipſo vbi
accidente in ipſa:ſed in corpore:qd̄ ipſa mouet.Hęc ꝯclu-
ſio eſt de mēte Auerrois 8ᵒ phyſicoꝝ.℄ Quarto dico:ꝙ Cō.51.
loquēdo de potētia actiua ſm̄ ſignificatū famoſum:ſic per Quarta.
accidēs eſt potētia actiua,ſiue hꝫ actiuā potētiam:deducit̄
q꞉ prima ſubſtātia ꝑ ſe mouet primū mobile localiter:mo-
tus autē localis eſt per ſe gn̄atiuus,ꝛ per accidēs corrupti-
uus,pro quāto adducit,ꝛ abducit generans,vt dicit̄ in 2ᵒ
de gn̄atione,ꝛ etiā in textu.℄ Ultimo dico:ꝙ p̄ma ſubſtā- Quinta.
tia eſt per ſe potētia actiua ſm̄ ſignificatū minus famoſuꝫ,
ſiue hꝫ per ſe potētiam actiuā:deducit̄:q꞉ prima ſubſtātia
per ſe mouet primū mobile:mō motus localis eſt per ſe ꝑ-
fectiuus ꝛ generatiuus vt dictū eſt:hęc ꝯcluſio eſt de men-
te Ariſto.qui ait,primā ſubſtātiā eē per ſe actum ſemꝑ mo-
uētem:vult eni dicere ꝙ prima ſubſtātia ſit potētia actiua
perfectiue per eſſentiaꝫ:ꝛ q꞉ in ſeparatis qcq̄d denoiatur ab
abſtracto:denoiatur a cōcreto:ſequit̄ ꝙ ſi prima ſubſtan-
tia ſit ꝑ eſſentiā potētia actiua perfectiue:etiā erit potēs ꝑ-
ficere per eſſentiā:ꝛ habebit potētiam ꝑficiēdi per eēntiā.
Quo quidē igit̄ modo prima ſubſtātia ſit in potētia,ꝯſpi-
cuum eſt.℄ Aiaduerte tamē ꝙ hęc ſunt ſm̄ Ariſt.ꝛ Auer-
roem dicēda:q꞉ ſm̄ veritatē fortaſſe dicēdum eēt aliter:nā
ſm̄ veritatē forte nullo mō deus eſt in potētia paſſiua:ſed
de his phyſice dicemus qō.7ᵃ.Hęc de dilucidatione.

℄ Caput ſolutionum quintum.

His diſputatis. Ad primā cōcedo p̄ enti ꝛ p̄mę
ſubſtātię deberi potētiā,eo mō
quo dictū eſt.℄ Ad rōnē dico:ꝙ potentia eſt prior actu in
rebᵘ gn̄abilibᵘ:ꝛ reſpectu eiuſdē indiuidui:at in ęternis nō
cadit paſſiua poᵃ:ꝛ ſic rō nulla.℄ Ad ſcd̄aꝫ ꝯcedit̄:ꝙ pri-
ma ſuba intelligit alia a ſe:non q̄dem ꝑ ſpēs acceptas a re-
bus:ſed ꝑ ſciaꝫ quę eſt cā rerū,vt dicet̄:vnde Auerroes in
hoc loco dicit:ꝙ oēs formę ſunt in potētia in p̄ma ipſa ma- Cō.51. Cō.18.
teria:actu aūt in p̄mo motore:igit̄ p̄ma ſuba intelligit oia,
quatenus eſt cā illorum.℄ Ad tertiā negaret Ariſt.p̄mam
ſubſtātiam prius nō mouiſſe,q꞉ apud ipſum ſemꝑ mouit:
diceret tamē p̄maꝫ ſubam prius non mouiſſe a motu:ꝛ ſic
fuiſſe in potētia ꝑ accidēs rōne mobilis:nō per ſe vt dictū
eſt:catholici vō dicerēt primā ſubam prius ſimplr̄ nō mo-
uiſſe:ꝛ nūc mouet̄:nō tn̄ eſt mutata:q꞉ mutatio cadit in re
mutata,nō in re mutāte.℄ Ad quartā ꝯcedo ꝙ p̄ma ſuba
nō differt a p̄ma mā,ſed eſt p̄ diuerſa:q꞉ cū ea in nullo cō-
uenit,ꝛ ſic ceſſant rōnes.Hęc de quinta diſputatione.

℄ Amplius igitur tales oportet eſſe ſubſtātias
ſine mā:ſempiternas eni eē opꝫ ꝛc̄.Te.cō.30.

℄ Sexta diſputatio.ſi ſubſtantię quę mouent orbes ſint
penitus imateriales.

℄ Caput dubitationum primum.

QUod ſubſtantie mouentes orbes
nō ſint penitus i-
māles argait̄.Primo q꞉ dicunt̄ idiuidua:ſꝫ i-
diuiduū dī tale ꝑ māꝫ,vt dcm̄ eſt in 7ᵒ.Secū-
do,qcq̄d reperit̄ in effectibᵘ,repit̄ in cā:ſed in
ipſis effectibᵘ repit̄ mā:igit̄ in ipſis ſubſtātijs mouētibus
ſtellas:maior pꝫ,q꞉ opꝫ agens ꝛ patiēs ꝯuenire in mate-
ria.Tertio ſaltē ſubę q̄ ſunt citra p̄mā ſunt māles:dī enim

Cō.5. 3° de aīa:nulla eſt ſuba liberatā a mā ꝑter ꝑmā. Quarto q̄libet ſuba mouēs orbē eſt forma orbis ꝑficiēs/⁊ ꝯſtituēs: igiẜ q̄libet hꝫ mām:⁊ ſic q̄libet eſt mālis. In contrariū arguit Ariſto.quia tunc eſſent corruptibiles:omne eni habēs mām eſt corruptibile. Hęc de dubitationibus.

Caput tituli ſecundum.

Mäle q̄t modis dī. Materiale multiſariā dicit̃. Aut eni q2 hꝫ materiā tāq̄ ſui partē:⁊ h̄ pacto compoſitū ex mā ⁊ forma dī māle. Aut q2 depēdet in eē ⁊ in ꝯſeruatiōe e mā:⁊ ſic formę elemētarię dicunt̃ māles:depēdent eniꝫ ſuis e materijs in eē ⁊ ꝯſeruatiōe. Aut q2 ipurū hoc eſt imperfectū:⁊ ſic oē minus ꝑfectuꝫ dī māle:vt terra reſpectu ignis. Igiẜ imāle dī triſariam. Aut q2 nō habet mām tāq̄ ſui partē. Aut q2 nō depēdet in eē ⁊ ꝯſeruatione e mā ipa. Aut q2 puruꝫ ⁊ ꝑfectum. Subę quę orbes mouent:ſunt ęlorꝫ aīęquęqꝫ vulgo angeli dicunt̃ a peripatheticis intelligentię mouētes orbes:ſunt aūt tales ſubę ordinatę ꝓ rōne ⁊ ordine orbium/vt dicit Auerroes. Quęritur igitur ſi tales ſubſtātię ſint imateriales penitus quouis modo ſumēdo imateriale. Hęc de titulo.

Imāle q̄t modis dicit̃. Quę ſint ſbę q̄ mouēt orbes. Cō.44.

Caput poſitionum tertium.

P° poſitio Auicebrōtis. Fūdamētū. Sunt nōnulli qui ex his q̄ Auicebron dixerat in eo lib° quē fontē vitę inſcripſit accęperūt ſubas haſce q̄ ſtellas mouēt/⁊ omne citra primū cōponi ex mā/⁊ forma. Mouebat̃ autem Auicebron hac ratiōe:q2 mā eſt ita vniuerſale pn̄ᵐ reruꝫ:ſicut deus vniuſe agēs. Quare ſicut nihil eſt:qđ ſubtrafugiat dei cauſalitatē effectiuā:ſic nihil eſt:qđ ſubtrafugere dꝫ cauſalitatē mālē:igiẜ vt oē qđ eſt/depēdet a deo:ſic oē qđ eſt depēdet a mā:⁊ per ꝯñs citra deū nihil eſt imāle nihil ſimplex:quin ipm componat̃ ex mā ⁊ forma.

Quę Auerroes. Cō.5. Cō.18. Huic vi aſſentiri Auerroes in 3° de aīa. vbi inquit. nullā eē ſubam liberatā a mā ꝑter ꝑmaꝫ. Pręterea in h̄ libro:videt̃ tāgere argumētum Auicebrōtis.ait eni oēs formas contineri in mā potētia:ceu oēs continētur actu in primo motore. Quare ſicut nulla eſt forma/q̄ nō depēdeat a primo motore:ſic nulla eſt forma:quę nō depēdeat a materia:igiẜ omnis ſuba eſt mālis.

Quę Auicēne. Alij in idē incidētes tetigerunt rōnē Auicēnę. Auicēna eni voluit tales ſubas eſſe in genere:cōponiqꝫ ex gn̄e ⁊ differentia:ſed qm̄ nihil eſt in gn̄e:niſi ꝓpter mām vt tenet Auerroes:igiẜ tales ſubſtantię depēdent e mā. Hęc dicunt̃ pro hac pōne.

Obiectiōes. Sꝫ contra hāc poſitionē plurimę ſunt obiectiōes. Prima qdē:q2 cū multiplex ſit mā:pro hac nō pꝫ ex qua nā mā tales ſubſtātię cōponātur. Secūdo obijcit Ariſt. ⁊ Auerroes. quia ſi tales ſubę eſſent māles:eēnt corruptibiles:q2 mā eſt qua res pōt eē ⁊ nō eē. Tertio tales ſubę ſunt intellectus:vt pꝫ. q2 ſunt ſupra noſtrū intellectū:nihil eni eſt ſupra itellectū:quin ſit itellectus:ſed intellectus eſt imālis 3° de aīa:igiẜ tales ſubſtātię ſunt imāles. Quarto celuꝫ eſt alterius nāę ab elemētis ⁊ miſtis cū mā:vt ꝑ cęli eſt deductuꝫ:igiẜ for° cęlorū ſunt alteri° nāę a formis elemētarijs:⁊ ſic erūt imateriales. Quinto tales ſubę intelligūt ꝑ earuꝫ eēntias:igiẜ ſūt penitus imāles:antecedēs deducitur 3° de aīa. Sexto tales ſubę ſunt idiuiſibiles:igiẜ imāles:añcedēs deducit̃ in libro de ſuba orbis:⁊ illic deducta eſt ꝯñia. Hęc ꝯ pōnem.

In tex. & cō.30.

Pōne q̄rūdā ſe[cū]do ſcīa Tho°. Nōnulli Thomiſtę ex q̄buſdā verbis male intellectis expoſitoris dixerūt ꝯcluſionē Ariſto.eē veraꝫ:ꝙ. vꝫ.tales ſubę oēs ſint imāles:nō tn̄ rōnes Ariſt.ſunt demōſtratiuę: q2 oēs ſupponūt motū eē ęternū:⁊ ꝓpter hāc ſuppōnē valent oēs rōnes. Prima qdē:q2 ducit ad h̄ ꝙ eēnt corruptibiles:mō hoc nō eſt impoſſibile niſi ſupponēdo motum/q̄ mouēt eē ęternū:q2 mouēt motu ęterno. Tertia ēt ſupponit ęternum:q2 illas eē ſupra noſtrū intellectuꝫ non ꝓbat̃: niſi q2 mouent motu ęterno. Tertia ēt ſupponit motū ęternum:q2 cęlū eē alterius naturę ab elemētis,nō habet̃ niſi q2 mouet̃ circa mediū/⁊ perpetuo. Quarta ēt ſupponit motū ęternū:q2 nō pōt ſciri illas intelligere ꝑ earꝫ eēntias/niſi ſupponēdo illas eē ſimplices intellectus:eas aūt eē intellectus non hꝫ niſi via motus ęterni:vt dcm̄ eſt. Quinta ēt habetur ſupponēdo motū ęternū:non eni ſcit̃ illas eē idiuiſibiles:niſi ſupponēdo motū ęternum:nā q̄cq̄d mouet motu ęterno eſt indiuiſibilis forma:vt deducit Auerroes:q̄re oēs rōnes Ariſt.ſunt ex ſuppōne.

Proba° expoſitoria. Propter hęc ꝓbāt cōcluſionē demōſtratiuę alio medio vꝫ pote via ꝓductionis: nam ſi aliq̄d ꝓducitur:opꝫ eē producēs:⁊ tunc q̄ritur ſi tale ꝓducēs ſit factum aut ęternū:⁊ ſi ęternum:tūc erit imateriale:⁊ ſi factū:adhuc erit aliud producēs:⁊ cū non ſit ꝓducere in infinitū:ſtabiẜ ad ꝓducēs improductū q̄ eſt ſimplex:⁊ imāle.

Dubō ꝯ rōnem. Sꝫ cōtra hanc rōnem dubitare ſolit° ſum in noſtris cōmētationib°/q2 hęc ratio videt̃ ēt ex ſuppoſitione:ſupponit̃ eni non poſſe ꝓcedi in infinitum:hoc aūt lꝫ ſit verū:nō tn̄ cōſtat:q2 aduerſarius dicet nō eē īpoſſibile vt ꝓcedatur in infinituꝫ. Qđ nūq̄ improbabiẜ niſi ſupponēdo motuꝫ ęternū:vt deductū eſt in libris phyſicę auſcultationis. Pręterea hęc rō ſi valet:nō valebit niſi de prima ſuba:vt omnib° pꝫ:⁊ ſic nulla via eēt ad probandū cęteras ſubas eē imāles.

Scot° ē in p° ſniaꝝ. Quidam vt ſupi° dicebat̃:ꝓbat idem alia rōne:ait eni imāle eē ⁊ qđ mouet motu ęterno: vel qđ aptum natuꝫ eſt motu ęterno mouere:ſꝫ ſubę quę mouent orbes/lꝫ nō mouēt motu ęterno:ſunt aptę mouere:igiẜ ſūt imāles. Alij eiuſdē factionis ſic ꝓbant:qđ nō mouet cū pęna ⁊ labore:eſt imāle:ſed ſubę q̄ mouēt orbes:non mouēt cum pęna ⁊ labore:igiẜ ſunt imāles.

Cōfutatio. Sꝫ ſi velint has rationes eē demonſtratiuas fallunt̃:non eni in libris demōſtrationū lueni tales poſſe eē demōſtratiuas. Prima qdē/q2 mior ſupponit̃:⁊ nō video quo medio ꝓbari poſſit:imo peripathetici dicerēt ꝙ ſi tales ſubę ſint aptę mouere motu ęterno:ꝙ moueāt motu ęterno:q2 in ęternis non differt eē ⁊ poſſe. Amplius in ęternis oē melius ⁊ poſſibile eſt neceſſariū:ꝓpterea ꝑma ratio eſt ex ſuppōne. Secūda ēt q2 minor ſupponitur:nō enim ſciri pōt tales mouere ſine pęna ⁊ labore/niſi q2 mouēt ęterno motu. Pręterea elemētū apud eos mouet̃ a ſemet abſqꝫ pęna ⁊ labore:⁊ tn̄ eſt materiale:⁊ ꝓpterea oēs rationes ſunt dialecticę/⁊ ex ſuppoſitiōe:niſi ſupponat̃ mot° circularis ęternus.

Pōne aliorum. Alij voluerunt demonſtrationē Ariſt.nō valere niſi de ꝑma ſubſtantia:⁊ cōponūt demōſtrationē ſic/qđ mouet ex ſe ⁊ virtute ꝓpria:eſt imāle. Sꝫ ꝑma ſuba mouet ex ſe ⁊ virtute ꝓpa: igiẜ eſt imālis:cui demōſtrationi ꝯſendit Plato:nā Plato per ſe mouēs atqꝫ virtute ꝓpria mouēs:vult eē nūm ꝑ ſe ipm mouērē:tale aūt nūm ſac ſemꝑ ęternū ⁊ imāle.

Dubita°. Sꝫ rurſus ꝯ hāc rōnē eſt dubitatio:q2 eē aliq̄d ex ſe virtute ꝓpria mouēs eſt ſupponēdū:nō per ſe notū:q2 nō eē ꝓcedēdū in īfinitū eſt dialecticū nō demōſtratū. Quare hęc poſitio eſt ambigua etiā de primo motore. Pręterea Ariſt. demōſtratio videt̃ eē vniuſis de oīb° motoribus:q2 vtit̃ motu ęterno/quo mouēt omnes. Hęc de poſitionibus.

Caput dilucidationis quartum.

Quot modis mā. Pro dilucidatione debes ſcire/vt in titulo tactuꝫ eſt ꝙ mā pōt ſumi multifariā vno mō pro mā intētionali:q̄ vulgariter a ꝑipatheticis appellat̃ itell̄s poſſibilis. Alio mō ꝑ mā trāſmutatiōis:q̄ eſt po° ad eē vel nō eē:quęqꝫ dī ab ipſis mā ꝑma. Alio mō ꝑ mā mot°:quęqꝫ dī ſubꝫ ⁊ mobile ipꝫ. Ultimo ꝑ iperfectiōe:qua rōne dī iperfectū mā ꝑfectioris/vt dī 3° de aīa.

Cō.36. Quid materiale. Dilucidatio. P° ꝯclo. Scdo debes ſcire ꝙ māle dī/vel ꝑ hoc q2 ipm eſt cōpoſitum ex quauis haꝝ mā:vel q2 dependet ab aliqua harū mā. Tūc dicerem ꝙ ꝑma ſuba eſt ſimplr imālis ab omni rōne mālę abiūcta:pꝫ.q2 nec dependet ab aliq̄ harū mā:nec cōponit̃ ex aliq̄ mā/nec eſt imperfecta.

Scdo

Secūda. ¶ Scđo dico: ꝙ cetere ſubē mouētes orbes ſūt mā͠les ſumendo mā͠le pro imꝑfecto: deducit̃: q2 q̄libet recedit a pᵒ ordine quodā: igit̃ oēs ſunt imꝑfecte: ⁊ hāc ꝯcluſionē vult

Cō.5.⁊ 14. Auerroes 3ᵒ de aīa: vbi dicit nullā eē itelligētiā liberatā a potētia ꝑter primā: qm̄ q̄libet cōponit̃ ex gradu ꝑfectiōis quo p̄ enti accedit: ⁊ gradu īperfectionis quo ab eodē recedit. Unī ⁊ Plato appellat illas īpuras ſubſtātias: oē autē

Tertia. impurū eſt mā͠le. ¶ Tertio dico: ꝙ q̄libet ſubſtantia mouēs ſtellā eſt imā͠lis per carētiā cōpoſitionis ex mā͠ p̄ / ⁊ ſecūdo / ⁊ tertio mō accepta: pz. q2 nulla illarū cōponit̃ ex itellectu poſſibili ⁊ agēte: vt ſupponit̃ ex libro de itellu: nulla illarū cōponit̃ ex mā͠ trāſmutationis ⁊ forma: demū nulla illarū cōponitur ex motore ⁊ ipſo mobili: q2 q̄lz eſt ipſe

Quarta. motor. ¶ Ultimo dico q̄libet talē eē imā͠lē per carētiam depēdētie ab aliq̄ taliū triū materierū: pz. q2 nulla dependet ab intellu poſſibili tā͠q3 e ſubto: nulla a mā͠ tranſmutationis: nulla ab ipſo mobili: qđ mouet: igit̃ ſimpl'r ⁊ abſolute oēs ſunt imā͠les: lz ratiōe habita inter eas p̄ma ſit penitᵘˢ imā͠lis / cetere cōparatione illius mā͠les: ſed abſolute imā͠les. ¶ Aiaduerſione dignū: ꝙ lz ꝯcluſiones iſte ſint vere:

Cautales he ꝯcluſiones. ⁊ illas ꝯcedāt oēs gētes / ⁊ oēs ſecte: ⁊ catholici nr̄i: tñ nō video illas poſſe demōſtrari: ſed ſolū rōnibus dialecticis ꝓbari: ſunt aūt rōnes dialectice multe q̄s omitto: q2 has ꝯcluſiones nemo dubitat: oēs eni greci / ⁊ oēs barbari hec volunt: hec & colunt. Hec de dilucidatione.

¶ Caput ſolutionum quintum.

His dilucidatis. Ad p̄mā dico: ꝙ tales ſubſtantie ſūt idiuidue equoce: ⁊ nō ꝓ hoc ꝙ ſunt i mā͠ ſignata: ſz q2 in eadē ſpē nō eſt plus vna: ⁊ ſic ꝓ negationē mā͠e poti⁹. ¶ Ad 2ᵃᵐ dico: ꝙ maior eſt vera qñ cā eſt vniuoca effectui: nō aūt qñ eſt equoca: vt in ꝓpoſito eſt. ¶ Ad 3ᵃᵐ ꝯcedit̃ totū ad intellectū dilucidationis. ¶ Ad rōnes pro pte Auicebronis. Ad p̄mam dico: ꝙ mā͠ eſt vniuſe p̄n̄ᵐ ꝯſiabiliū: non aūt oīum. ¶ Ad ſcđā3 ne-

Cō.49. gat Auerroes minorem in 2ᵒ celi. vbi ait. nullam talē eē in genere: ⁊ in lege ibidem. Hec de ſexta diſputatione.

¶ Eodem tex.

¶ Septima diſputatio eſt. ſi ſubſtantie que mouēt orbes ſint mobiles.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod ſubſtantie que mouēt ſtellas / ſint mobiles. argr̃. Primo q2 tales ſubē intelligūt ſe ⁊ amant ſe: igit̃ mouent̃ ſaltē motu intētionali. ¶ Secūdo oia mouētia reducunt̃ ad tales ſubas: igit̃ tales mouent ſeſe ꝑ eſſentiā: oē eni tale per ꝑticipationē reducit̃ ad aliqđ tale ꝑ eēntiā. ¶ Tertio ait Ariſt. 2ᵒ topicoꝝ: mot̄ nobis / mouentur oia / que ſunt in nobis. Sed tale ſubē magis

Cō.3. vniunt̃ celoꝝ q̄ forma cū mā͠ / vt dicit̃ 2ᵒ celi: igitur ſi mota mā͠ mouet̃ for⁹ / a fortiori motis orbib⁹ mouebunt̃ eoꝝ anime. ¶ Quarto itell's mouet̃ moto corpore humano / vt dī

Cō.36. in hoc 12ᵒ: ſed intell's apud pħos aut eſt infima intelligētia-

Cō.19. rum / vt dī 3ᵒ de aīa: aut eſt idiuiſibilis ſaltē ſz veritatē: igit̃

Cō.37. ille ſubē ſunt mobiles motis orbib⁹. ¶ Quinto dī 2ᵒ celi. ꝙ tales ſubē hn̄t ſollicitudinē eoꝝ: q̄ hic fiunt: igit̃ ſunt mutabiles: oē eni itelligēs res mutabiles eſt mutabile. ¶ Sexto tales ſubſtātie ſubſtant nouis relationib⁹: q2 ꝓducunt res nouas mediante motu: igit̃ ſaltē ſunt relatiue mutabi-

Cō.15. les. ¶ Septimo mutatio eſt perfectio q̄dam vt dicitur 3ᵒ phyſicoꝝ: ſed omnis ꝑfectio cōuenit perfectis / ⁊ maxie pᵉ

Cō.31. caue: vt dicitur 5ᵒ huius: igitur tales ſubſtantie mutabiles ſunt. ¶ Octauo q̄libet anima eſt numerus ſeipſū mouēs ſm Platonē: tales ſubē ſunt anime: igitur ſeipſas mouēt: ⁊ per conſequens ſunt mobiles. In contrarium eſt Ariſt. et

Co.30. Auerroes in ꝑſenti textu. Et hec de dubitationibus.

¶ Caput tituli ſecundum.

Pro intellectu tituli ōbes ſcire ꝙ lz mobile nōnū͠q3 accipiat̃ ꝓ mutabili: tamē hic ſumit̃ mobile ꝓ eo / qđ eſt aptū natum aliquā vera ſpecie mot⁹ moueri: ſunt autē vere motus ſpēs tres / augmētatio / ⁊ diminutio: alteratio / ⁊ motus localis: vt 5ᵒ phyſicorū patuit: igitur queſtio eſt ſi tales ſubſtantie ſint aliqua taliū ſpecierum motus mobiles. Nam de mutabilitate iſtarum dicemus poſtea. Hec de titulo.

¶ Caput poſitionum tertium.

1ᵃ poſitio **Nōnulli** ex ſecta Platonica voluerunt ꝙ tales celeſtes ſubē ſint orbiū aie / ⁊ ꝑficiētes / ⁊ ꝯſtituētes illos in eē: vlterius dixerūt orbes moueri oīb⁹ ſpēb⁹ mot⁹: vt alteratiōe q̄tenus enutriunt̃ ab elementis: ⁊ q̄tenus patiūtur eclypſes. Auctione ⁊ diminutiōe / quatenus oē qđ nutritur: auget̃ / ⁊ diminuit̃. ⁊ latione: q2 circa mediū mouētur: ſz qm̄ aia afficit̃ corporis affectione: hac rōne ſic: vt tales celice ſubſtātie alterent̃ / augeant̃ / ⁊ moueant̃ / ſaltē per accidens: mouebant̃ aūt: q2 oē aīatum patit̃ oēm ſpēm motus. Sed orbes ſunt aīati: igit̃ patiūtur oēm ſpēm motus: ſed qm̄ aie afficiuntur corporis affectione / vt dī p̄ de aīa: igitur

Obiectio ſaltē per accñs patiuntur oēm motus ſpēm. ¶ Obiciunt pħi peripathetici / vt Ariſt. 2ᵒ celi. Primo oē alterabile eſt calidū / vel frigidū / vel humidū / vel ſiccū: at nullus orbis eſt talis: vt nūc ſupponatur. Secūdo arguit Auer. in libro de ſubſtātia orbis p̄mū alterās nō alterat̃: lz bene moueatur localiter. Sed celū eſt primū alterans: vt ꝑſpicuū eſt: igit̃ nō alterat̃. Qđ vō nō augeat̃ vel diminuat̃: arguit Galenus / q2 vbi orbes ſiue ſtelle accreſcerēt / vel decreſcerent: in tot annoꝝ milibus coſmetre / q quātitatē ſtellarum menſi ſunt iueniſſent variatam: at ⁊ Chaldei / ⁊ Babylonij / ⁊ Egyptij / ⁊ oēs q coſmetrati ſunt ſtellas ſemꝑ iuenerūt equales: igit̃ orbes nō augent̃ nec diminuunt̃. Secundo arguit Auerroes in libro deſtructio deſtructionū diſputatione 2ᵃ in ſolōne dubij 4ⁱ: qm̄ ſi ſol vel quęuis ſtella decreuiſſz: iā in tāto tp̄e aliquid fuiſſet diminutū: ⁊ cū diminutio ſit q̄dā corruptio: ⁊ ex omni corruptiōe aliqđ gn̄et̃: tūc aliquid in tāto tp̄e fuiſſet genitū. Sz hoc non appꝫ: quare friuola eſt talis poſitio. Tertio arguit Ariſt. in libro celi: ꝙ ſi celū augeretur / vel diminueret̃: tunc ſeneſceret. Mō tale ſeniū nemo percepit. Quinto ſi celū augeretur ⁊ diminueret̃: enutriretur: ⁊ vbi enutriret̃: tūc aggeneraret̃ aliqđ ſupfluū nutrimenti: vt ſtercus: ⁊ vrina: que ſunt deriſibilia. Sexto oē qđ nutrit̃ hz os vel aliqđ oſſi ſimile: vt dī in libro de aīa: at nec os nec oſſi ſimile in celo videmus: q̄re celū non eſt augmētabile / nec diminuibile. Ex his ſeqtur ꝙ ſubſtantie celice que celos mouēt: nec per ſe / nec ꝑ accidens mouent̃ alteratione / vel auctiōe. Utrum vō moueant̃ motu locali / diſ-

2ᵃ poſitio putabit̃. Hec cōtra primā poſitionē. ¶ Alij catholici dixerūt tales ſubas: nec alteratiōe: nec auctiōe moueri: vt recte cōtra Platonicos eſt illatū. Uerū ſūt ꝑ ſe mobiles motu locali ⁊ ꝯtinuo: vt pz in ſacris: vbi ſcit̃ angelos poſſe per ſe moueri / ⁊ fuiſſe ꝑ ſe motu ꝯtinuo motos: ꝓbāt ꝯcloneꝫ.

Pbō Scoti l.2. ſnīarū libro. Primo q2 ſunt virtutes limitate: igit̃ ſunt ita hic / ꝙ nō alibi: ⁊ ꝑ ꝯñs mobiles de loco ad locū. Preterea ſicut ſunt in loco ita mouent̃: ſed ſunt in loco diffinitiue: igit̃ mouentur motu ꝯtinuo ꝑ loca diffinit^ue. Tertio nō repugnat idiuiſibile poſſe moueri motu vero: igit̃ ſaltē angelos moueri vero

Obiectio motu continuo nō repugnat. ¶ Sz hec poſitio nec eſt ſm oēs catholicos / nec eſt ꝑipathetica: ꝑipathetica qdē non: q2 Ariſt. ſcripſit librū 6ᵐ phyſicoꝝ directe ꝯ Platonē: qui voluit indiuiſibile vt deū poſſe per ſe moueri: aſſerēs deū eſſe numerū ꝑ ſeipm̄ mouētem. Ariſto. directe ꝓbauit nullū idiuiſibile eē mobile: vt ꝯcluderet deū nō eē per ſe mo-

bilem:vt oēs greci expoſitores dixerūt:qua rōne ſit/vt hęc poſitio nō ſit peripathetica. Pręterea nec eſt ſʒ oēs catholicos. Primo q₂ nr̄a diſputatio eſt de ſubſtātijs/q̄ mouent ſtellas:mō lʒ angeli mobiles ſint:tñ illę itelligētię que mouēt orbes:nō ſunt angeli miſſiui:igit̄ adhuc tales ſubē ſunt imobiles:de qb⁹ eſt diſputatio:ħ enī eſt qđ vir catholicus/ ⁊ magnus Thomas ait vbiqʒ:poſuit angelos diuerſorum ordinū:de quo ſatis nūc. Ampli⁹ tales angelos moueri motu ꝯtinuo:videt̄ q̄ſi extraneū:q₂ taliter mouent̄ qualr̄ ſūt in loco:ſed in loco nō ſunt niſi ꝑ opationē:igit̄ nō mouent̄ niſi ꝑ applicationē virtutū:⁊ ſic nō motu ꝯtinuo:⁊ ħ eſt argumētū Thomę/Egidij/⁊ Alber.q fuerūt ſūmi in theologia. Unñ Ariſt.aſſerēs deū eſſe in cęlo:nulla rōne hoc dixit: niſi q₂ illic appet eius opatio:vt Auerroes ſcribit in 2° cęli.

Cō.15. Pō Sug ge.⁊ Bacchonis. ⁊ alibi. Hęc ꝯ ſcđaʒ pōnē. ❡ Suggeri⁹ ⁊ Baccho viri magni in ſchola Auerroica:vt narraui in libro de īfinitate primi motoris capite 9°.opinātur primū motorē/⁊ cęteras intelligentias:quę mouēt cęteros orbes oēs moueri ſaltem ꝑ accñs motu orbiū:quos mouēt:pbāt rē ſuā.p̄mo q₂ moto ꝑfectibili per ſe/mouet̄ ⁊ prima illi⁹ꝑfectio ſaltēʒ ꝑ accñs: ſed p̄mus motor/⁊ cęterę itelligētię ſūt ꝑfectiōes p̄mę:igit̄ mouētur per accñs. Hęc Auerroici.

Pō Joā. ❡ Joānes vō/⁊ iuniores nr̄ę ętatis voluerunt primū motorē:⁊ cęteros motores nō moueri:nec ꝑ ſe/nec ꝑ accñs/aliq̄ ſpecie mot⁹:ꝑ ſe qđeʒ nō/q₂ non ſunt corpora nec diuiſibiles:oē enī qđ mouet̄ q̄uis ſpecie mot⁹ eſt corpus vel diuiſibile:ꝑ accñs vō minime: q₂ oēs ſunt ſimplices ⁊ īpartes:eo q₂ ſtatim ſunt id qđ ſunt octauo metaphyſicę. Qz deniqʒ nec per accidens/Joānes

Cō.36.⁊ 37. per verba Ariſto.⁊ Auerrois 8° phyſicoꝝ:pbat.q₂ oē per accñs ꝯtingit nō eē:oē enī accñs eſt cōtingēs:qđ pōt nō eē. Secūdo ſi ꝑ accñs mobiles eēnt:tūc eēnt per accñs diuiſibiles:vt p̄ capite de ſuba orbis dī. Tertio ſi ꝑ accñs mouerent̄:eſſent formę mālēs:ibidē deducit Auerroes. Quarto ſi per accñs:cū per accñs ſit duplex:vel qđ mouet̄ ꝑ aliđ: ⁊ pōt ſeorſuʒ moueri:ceu eqtans in naui:vel qđ mouet̄ per aliud:⁊ nō poteſt ſeorſuʒ moueri:ceu accñtia:hoc dīc Auerroes p̄ de ala.aut igit̄ mouebantur per accidēs p̄mo mō:⁊

Cō.37. pʒ ꝙ non:q₂ ſeorſum moueri nō poſſunt:cum nō ſint corpora.nec ſecūdo mō:q₂ tūc eſſent aut formę accñtales:aut accñtaliter extēſę. Hęc Joānes in plurib⁹locis phię nālis: ꝗquid dicat hic.

Obiectio Auerrois ❡ Obijcit autem Auerroes 8° phyſicoꝝ per verba Ariſt.q₂ oē illud mouet̄ per accñs:cuius ſubʒ ꝑ ſe mouet̄ alio motu:q̄ꝫ moueat illud:ſed ſubta cęteroꝝ motorum mouent̄ ꝑ ſe alio motu:q̄ꝫ moueant̄ a ꝓprijs motorib⁹:mouent̄ enī per ſe a p̄ motore motu diurno:igitur oēs alij motores p̄ter p̄muʒ mouētur per accñs.

Pō Au. Cō.52. ❡ Propter ħ Auerroes 8° phyſicę auſcultationis:tenet primū motoreʒ nō moueri per ſe:nec ꝑ accñs.per ſe qđeʒ nō:q₂ nō eſt corpus/nec diuiſibilis.per accidēs vō minime:q₂ eius ſubiuʒ nullo alio motu mouet̄ q̄ꝫ primus motor ipʒ moueat. Primum enī mobile mouet̄ motu diurno a primo motore:⁊ a nullo alio motore alio motu mouet̄. Pręterea prim⁹motor eſt forma indepēdēs a ſubiecto:igit̄ non pōt moueri ꝑ accñs motu ſui ſubiecti. Scđo dicit cęteros motores moueri per accñs motu q̄ mouent̄ eoꝝ ſubta:probat̄.q₂ eoꝝ ſubiecta mouent̄ ab alio motore alio motu q̄ꝫ ꝓprij motores ipſa moueāt:mouent̄ enī motu diurno a p̄mo motore:a ꝓprijs autē motorib⁹ motu econtra:igitur mouent̄ per accidēs.

Obiectio. ❡ Sed hęc poſitio ſufficientenus videt̄ falſa:q₂ oē qđ mouet̄ ꝑ accidens:eſt ſaltem per accidens diuiſibile. Pręterea eſt materiale:⁊ dependens/ab corratione cuius mouetur. Hęc de poſitionibus.

❡ Caput dilucidationis quartum.

Suppō. **Pro dilucidatione** debes ſcire:ꝙ aliqđ moueri eſt dupl̄r/per ſe et per accñs:ꝑ ſe illđ moueri dī:qđ e per ſe ⁊ rōne ſui eſt ſubiectū motus:vt corpus:vel aial ipm.per accñs aūt bifariā dicit̄/aut per accñs ſubiectiue:aut ꝑ accñs attributiue.per accñs ſubiectiue id moueri dī:qđ mouet̄ rōne ſubti:e quo dependet in eē ⁊ ꝯſeruationē. Uel qđ motui ſubijcit̄ rōne ſubiecti:e quo depēdet in eſſe ⁊ cōſeruatione:⁊ ħ pacto alię alaliū mouent̄ ꝑ accñs:q₂ rōne corpoꝝ e quib⁹depēdēt in eē:⁊ cōſeruatione:ꝑ accñs:attributiue aūt id moueri dī:qđ in ſe nō eſt ſubm motus/nec ꝑ accñs eſt ſubm mot⁹.Sʒ attribuitur alicui ſubiecto:qđ mouetur ꝑ ſe ⁊ alio motu ⁊ ab alio motore q̄ꝫ a ꝓprio e quo ꝓprius motor depēdet in eē ⁊ conſeruatione.

Dilucidatio. p° ꝯclo. ❡ Tunc dicendū p̄:ꝙ nullus cęlicus motor alteratione vel auctione eſt mobilis aliquo pacto:hoc eſt nec per ſe:nec ꝑ accñs aliquo mō ꝑ accñs:per ſe qđem nō:q₂ nullus illoꝝ eſt corpus:nec corruptibilis.ꝑ accidens vō minime:q₂ nō ꝑ accñs ſubtiue:eo q₂ nullus eoꝝ dependet a ſubto:in quo eſt in eē ⁊ ꝯſeruatione.nec ꝑ accñs attributiue:q₂ nullus illorūʒ attribuit̄ alicui ſubto:qđ ſit per ſe mobile alteratiōe aut auctiōe:vt ſuit deductū ꝯ p̄mā poſitionē. Igit̄ nullus cęlicus motor eſt mobilis alteratiōe vel auctiōe aliquo pacto.

2° ꝯclo. ❡ Scđo dōm:ꝙ nullus cęlicus motor eſt mobilis ꝑ ſe localr̄:pʒ.q₂ nullus talis eſt corpus/vel diuiſibilis.

3° ꝯclo. ❡ Tertio dōm:ꝙ nullus cęlicus motor eſt mobilis ꝑ accñs ſubiectiue localr̄:deducit̄.q₂ nullus depēdet e ſubto:cuius eſt motor.

4° ꝯclo. ❡ Quarto dōm:ꝙ primus motor nec eſt mobilis ꝑ accñs attributiue:declarat̄/q₂ ad ħ ꝙ aliquid ſit per accñs attributiue mobile tria regrunt̄/vt tangebat̄.vʒ.ꝙ attribueret̄ alicui per ſe mobili. Scđo ꝙ tale mobile moueat̄ alio motu:q̄ꝫ mouet̄ a ꝓprio motore. Tertio ꝙ moueatur ab alio motore e quo ⁊ motor ꝓpri⁹ ⁊ ipm mobile depēdent:mō lʒ primū mobile qēqđ ſit illud/ſit ꝑ ſe mobile:non tamē alio motu q̄ꝫ ipm moueat primus motor. Nec ab alio motore/eſt quo primus motor depēdeat. Igit̄ primus motor non eſt mobilis per accñs attributiue.

5° ꝯclo. ❡ Quinto ⁊ vltimo dōm:oēs alios motores a primo eſſe mobiles per accñs attributiue:deducit̄.q₂ attribuūtur alicui ꝑ ſe mobili:⁊ alio motu q̄ꝫ ipſi moueāt:⁊ ipſi ⁊ eoꝝ mobilia ab illo depēdent. Unñ lʒ motores ſecūdi moueant ab occaſu in ortū ſtatutis tēporibus:tamē aggregatuʒ ex oīb⁹ orbib⁹ mouetur motu diurno ab ortu in occaſum a p̄ motore:e quo primo motore ⁊ ipſi ſecūdi motores/⁊ ipſoꝝ corpora dependent. Igitur oēs ſecūdi motores mobiles ſunt localiter per accñs attributiue. Hęc colligi poſſunt 8° phyſicorūʒ ⁊ in tex.⁊ cōmē.52. Multa alia tetigimus in libello de īfinitate primi motoris capite 9°.quę ſtudioſi poſſunt accurate legere. Hęc de dilucidatione.

❡ Caput ſolutionum quintum.

His apertis. Ad primaʒ dicet̄ in ꝓximis diſputationib⁹. ❡ Ad ſcđam dōʒ:ꝙ oīa mouētia ⁊ mota reducunt̄ ad eaʒ q̄ mouent ꝑ eēntiā:nō aūt ad ea:quę mouēt ſe:vt Plato credidit. ❡ Ad tertiā Ariſto.loquit̄ de hiis:quę ſunt in nobis dependenter:q̄liter motores nō ſūt in orbib⁹. ❡ Ad quartā dico:ꝙ itell̄s mouet̄ ſm reſpectū:q₂ corpus mouet̄:nō aūt q₂ ipſe mouet̄:vt in lib° de intellectu dī. Uel negat̄ minor:nō enī intell̄s eſt īfima itelligentiaꝝ/vt credidit Auerroes:ſed forma cōiūcta corpori ſm eſſe. ❡ Ad q̄ntā negat̄ ꝯñtia:⁊ cū dicet̄ in hoc 12°.nam intell̄s tales itelligēdo res:nō mouent̄ a reb⁹ eo q₂ intelligit res ſcia:quę eſt cā rerū. ❡ Ad ſextā dico:ꝙ tales ſubę ſubſtāt noīs relationib⁹nō realr̄:ſed ſm rōnē:q₂ referuntur nō ꝑ ſe:ſed q₂ alia referunt̄ ad ipſas. ❡ Ad ſeptimā dico:ꝙ mutatio eſt ꝑfectio ſm qđ:nō aūt ſimplr̄:⁊ ꝓpea non opʒ vt ꝯueniat p̄mę cauſę. ❡ Ad octauā patuit ſupra quo mō Plato itelligit:vnñ maior eſt falſa:ſi ſufficientenus itelligat̄. ❡ Ad rōnes quę ſiebāt ꝓ poſitionib⁹. Ad rōnem ꝓ

Platonica

platonica poſitiõe: diꝫ ꝙ aīatū aīa dependēte a corpore: vt aīa organica patiꝰ oēs ſpēs motꝰ. Sꝫ aīatū aīa ꝑficiēte corpus: ⁊ aīa inorganica nõ opꝫ vt moueat niſi ſpe motꝰ localis. ¶ Ad rõnes ꝑ põne alioꝝ. Ad pᵐ ꝯcedo angelos eſſe mobiles localr̃: nõ gdeꝫ illos codices: ſꝫ angelos miſſiuos: nec motu ꝯtinuo: ſed motu diſcreto: vt Thomas acute ſcripſit: q̄ꝙ̄ h̄ nõ dicerēt peripathetici: tñ eſt veꝝ: ⁊ creditum. ¶ Ad 2ᵐ ꝯcedo illos eē virtutes limitatas: ⁊ ꝑpea ſūt mobiles: nõ gdē motu ꝯtinuo: ſed diſcreto: vt dcm̃ eſt. Scdm̃ tñ ꝑipathetecos nõ oē limitatū eſt mobile: ſꝫ oē qd̃ eſt ens in poᵃ ad locū circūſcriptiuū: q̄lio nõ ſūt angeli. ¶ Ad 3ᵐ dico: ꝙ ſūt in loco ꝑ opõnē / ⁊ nõ ꝑ definitionē vel circuiſcriptionē. ¶ Ad 4ᵐ patuit 3ᵒ huiꝰ ⁊ 6ᵒ phyſicoꝝ. ¶ Ad rõnē Suggerij: patuit ſolo: angeli enĩ nõ ſūt ꝑfectiões orbiū dependētes: ſꝫ ꝑficiētes. ¶ Ad rõnes Joānis. Ad pᵐ dõm: oē ꝑ accñs poſſe nõ eē: qñ eſt ꝑ accñs dependēs: nõ aūt qñ eſt ꝑ accñs attributiue. ¶ Ad 2ᵐ dico: ꝙ qñ eēnt ꝑ accñs mobiles dependēter: tūc eēnt diuiſibiles: at qꝛ ſūt per accñs mobiles attributiue: nõ opꝫ. ¶ Ad 3ᵐ negat̃ ꝯñia: qꝛ nõ ſūt ꝑ accñs tales dependēter. ¶ Ad 4ᵐ patuit in dilucidatiõe quo nã mõ tales ſint mobiles ꝑ accñs: neutro enĩ illoꝝ modorum ſunt mobiles. Sꝫ attributiue ꝑ accñs / vt dictum eſt. Hec de ſeptima diſputatione.

¶ Eodem tex.

¶ Octaua diſputatio eſt. ſi motores ſecundi intelligunt ſeſe per eorum eſſentias.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod motores ſcdi nõ itelligāt ſeſe per eoꝝ eēntias: arguit̃. Pᵒ. qꝛ h̄ non eēt niſi qꝛ eoꝝ eēntie ſunt actu itellectiles: ⁊ eoꝝ itellectibꝰ ꝑſentes: ſꝫ intellꝰ nr̃ eſt actu itellectilis: ⁊ actu ſibi pñs: vt catholici ⁊ pꝰi pariter dicūt: igit̃ itellꝰ nr̃ itelliget ſeſe ꝑ eius eēntiā ꝯ Ariſto. 3ᵒ de aīa. vbi dicit intellectū itelligere ſe itel-

Cõ.8. ligēdo alia / vt exponit Auerroes. Scdo eēntia cuiuſꝫ motoris ſcdi eſt ſingularis ⁊ ſingulare nõ eſt ꝑ ſe itellectile: igit̃ motores ſcdi nõ pñt ſe itelligere ꝑ eorum eēntias. Tertio opꝫ oē recipiēs eē denudatū a nã recepti / vt Auerroes 3ᵒ de

Cõ.4. aīa enitit̃ ꝓbare: tu vo vide ibi: igit̃ nõ pñt itelligere ſe per eoꝝ eēntias. Quarto nihil idē patit̃ a ſeipſo: qꝛ tūc idē eſſet in actu ⁊ in poᵃ: ſꝫ eēntia cuiuſꝫ ſcdi motoris eſt idem ſibi: igit̃ nõ põt eē obiectū imediate ipꝛimēs in ipꝫ ſuiipſiꝰ itellectum. Quinto tūc itellectio: qua vnuſqſqꝫ ſe itelligit eſſet ſibi idē: vel cū eēntia: h̄ eſt falſum: qꝛ ſoli deo cõpetit: ⁊ deducit̃ argᵐ: qꝛ extrema ſūt eadē: igit̃ ⁊ mediū: mõ eēntia intellecta: ⁊ itellꝰ itelligēs in illis ſūt idē: igit̃ itellectio mediã. Jn ꝯtrū ſūt ꝑipathetici: q volūt in ſeꝑatis a mã idem eē itellectū ⁊ qd̃ itelligit̃. Scdo aliq̄ forma mãlis agit per eēntiā vt calor in igne: igit̃ forma imãlis aget ꝑ eēntiā: cū ꝫ imãle ſit magis actiuū: igit̃ qlꝫ motor ſcds aget itellectõeꝫ in ſuū intellectum per eſſentiam. Hec de dubitationibꝰ.

¶ Caput tituli ſecundum.

Introductio diſputationis. Pro intellectu tituli debes ſcire. Pᵒ ꝙ h̄ diſputatio mouet̃ ꝑ tãto: qꝛ Ariſt. in textu dicit. ſeꝑatas ſubas eē actus ꝑ eēntiā: ⁊ ꝑpea q̄rit̃ ſi ſint actu itellectiles a ſemetipſis ꝑ eēntiā. Scdo mouet̃ qꝛ dicit illas eē imobiles: ſõ cū ꝓbatū ſit illas eē imobiles motu reali: q̄rit̃ de motu itētionali: ⁊ pᵒ de motu itētionali: quo ſemet itelligūt: ⁊ quo itelligūt alia: circa qd̃ format̃ diſpu-

Suppᵐ diſputatione. tationes plures / vt videbit̃. ¶ Scdo debes ſcire ꝙ diſputatio ſupponit ſecūdos motores ſeſe itelligere: qꝛ ſcdi mo-

Que concurrūt ad itellectiõeꝫ tores ſunt ſupra nr̃m itellꝫ: ⁊ ꝯſtat illū ſeſe itelligere: igit̃ et ſcdi motores ſeſe itelligūt: ꝑpea q̄ritur de mõ: quo ſeſe itelligūt. ¶ Tertio debes ſcire ꝙ in itellectiõe: qua itellꝰ nr̃ itelligit res mãles: vt cõiter dr̃ occurrūt q̄tuor. Primuꝫ eſt itellꝰ ipſe itelligēs. Scdꝫ eſt obiectū: qd̃ itelligit̃. Tertiū eſt rõ itelligēdi: q̄ tale obtū itelligit̃. Quartū eſt repñtatiuū: q̄ obtū pñtat̃ ipſi itellectui ſub rõne itelligibilis: q̄ cõi verbo dr̃ ſpēs intelligibilis: itellꝰ gdeꝫ itelligēs: eſt itellꝰ poſſibilis: ſiue intellectꝰ in potētia: obiectū qd̃ intelligit̃ eſt vniūle: vt hõ / aut aīal: ratio intelligendi eſt nã cõis: cui cõpetit vniuerſalitas: ſeu forma: que pro itellectiõe redditur vniūlis apud Auerroem: repñtatiuū eſt ſiſitudo obiecti: q̄ ab aliq̄bus dicit̃ ſpecies intelligibilis: ab alijs dr̃ rõ intelligēdi nõ cognita: qꝛ nõ intelligit̃ niſi reflexe. ¶ Querit̃ igi-

Senſus tituli. tur in nr̃a diſputatione ſi eēntia cuiuſꝫ motoris ſcdi ſit rõ intelligēdi: qua qlibet talis ſeſe itelligit ſine aliq̄ repñtante ꝓcedēte actū nãliter: qd̃ eſt querere ſi qlꝫ motor itelligat ſe per eēntiā tãq̄ per rõnē itelligendi / nulla ꝯcurrēte ſpe itelligibili ad talē ſuiipſius intellectionē. Hec de titulo.

¶ Caput poſitionum tertium.

Anteq̄ ad põnes / ⁊ ad põnuꝫ diſſas deſcēdam debes ſcire ꝙ expoſitor ⁊ gdã aliꝰ cõueniūt. Primo

Tho.pᵃ pte.q.56. ar.1.1co. 2.ſnïarū diſ.3.q.6. qꝛ ambo volūt itellectioneꝫ: qua tales ſe itelligūt: ſit accñs intellectibꝰ eoꝝ: ſicut eſt de itellectiõe: qua noſter itellꝰ itelligit vniūſia mãlia. Qd̃ gdē accñs reſpectu itellꝰ recipientis dr̃ paſſio: reſpectu obti ſiue eēntie / que itelligit̃ / dr̃ actio: dico actionē vel paſſionē: nõ gdē corruptiuã: ſed ꝑfectiuã. Secūdo ꝯueniūt / qꝛ ambo negāt ſpēm itelligibilē: nõ eniꝫ volūt angelū / ſiue aliquē motorē ſm̃ ſeſe itelligere ꝑ ſpēm abſtractã ab eēntia: q̄ intelligitur: qꝛ talis abſtractio nõ eſt niſi qñ obtū eſt mãle: vt per talē ſpēꝫ reddat̃ imãle: ⁊ itellectui ꝓportionale: qꝛ vo obꝫ in illis eſt mere imãle: hac ratiõe nulla eſt neceſſitas ſpēi repñtatiue. ¶ Tūc expoſitor

Põ expoſitoris. vult ꝙ in itellectione / qua qlibet talis ſeipm̃ itelligit: totalis rõ intelligēdi ſit eēntia ſola: ⁊ ſic qlibet talis itelligit ſe

pᵃ ꝯcluſio. ꝑ eēntiã tãq̄ ꝑ totalē rõnē itelligēdi iuxta cuiꝰ opiõnē opꝫ dicere obtū / ⁊ rõnē totalē itelligēdi / ⁊ totale agēs itellectionē: idē in talibꝰ eē: intellectioneꝫ vo eē accñs: qd̃ ꝓducit̃ ab eēntia in eoꝝ itellectibꝰ. ¶ Scdo dicit expoſitor ꝙ itelle-

Excerpta põne expoſitoris. 2ᵃ ꝯcluſio. ctio / qua tales ſeſe itelligūt: eſt neccĩa ⁊ imutabilis: ita ꝙ nõ pñt tales ſube nūc ſeſe itelligere: nūc nõ. Ampliꝰ nõ pñtꝰ fuerūt in poᵃ ad ſeſe itelligēdū / nūc in actu: ſꝫ ſemꝑ ⁊ ineuitabiliter ſeſe itelligūt / ⁊ neccĩo dū ſunt / ſeſe itelligūt. Mouet̃ aūt per illud qd̃ cõiter ab oībꝰ ſacris ꝯcedit̃: ꝙ in abſtractis a mã volūtas determinat̃ ꝑ eterno. ¶ Tertio dicit expoſi-

3ᵃ ꝯcluſio. tor ꝙ itellꝰ recipiēs talē itellectionē ⁊ ipſa eſſentia: q̄ itelligit̃: queqꝫ eſt rõ totalis itelligēdi: differūt ſm̃ rē ꝓdicamēti: qm̃ eēntia eſt ſuba: ⁊ itellꝰ eoꝝ eſt virtꝰ ſiue poᵃ / ſiue q̄litas: eo qꝛ in creaturis virtꝰ ⁊ eēntia differūt: nulla enĩ creatura apud expoſitorē agit vel patit̃ ꝑ eēntiā: ſolus eniꝫ deꝰ agit ꝑ poᵐ: q̄ eſt eiꝰ eēntia. Quibꝰ pꝫ apud expoſitorem ꝙ motores ſcdi itelligūt ſeſe ꝑ eoꝝ eſſentiaꝫ. Hec expoſitor.

Obiectiones aliquoꝝ. ¶ Obijciūt aūt expoſitori aliq. Pᵒ qꝛ obtū in rebꝰ creatis nõ eſt totale agēs itellectioneꝫ / nec nã cõis eſt totalis ratio agēdi: igit̃ eēntia nõ eſt totalis rõ agendi itellectionē in illis: ⁊ ſic primū expoſitoris fallit. ¶ Cõtra 2ᵐ arguūt. Pᵒ qꝛ intellꝰ in talibꝰ recipit itellectionē volēs / ⁊ ꝑ volūtateꝫ: veluti ⁊ nos: igit̃ nõ neccĩo ſemꝑ ſeſe itelligūt. Secundo talis itellꝰ eſt poᵃ ad itellectionē: qꝛ itellectio nõ eſt ſuba / ſed accñs: ⁊ oē qd̃ eſt in poᵃ: põt eē in actu ⁊ ſub ꝓuatione actꝰ: vt deducet̃ ab Ariſt. in h̄ 12ᵒ: vñ Ariſt. in h̄ 12ᵒ: vt exponit

Cõ.51. Auerroes: facit tale enthimema ſi pᵃ itelligētia eēt in potētia ad itellectionē: eiꝰ itellectio nõ eēt ꝯtinua: q̄re ꝑ ideꝫ arguūt itellectus cuiuſꝫ motoris ſecūdi eſt in poᵃ ad intellectionē ꝑ expoſitorē: igit̃ itellectio nõ eſt ꝯtinua. Contra arguūt: qꝛ vbi eēntia ⁊ virtꝰ differūt ſm̃ rē: tūc talis actio nõ eēt imanens: deducit̃. qꝛ agēs ⁊ patiēs non eēt idē: vt patet nono huius. Et ſic hec poſitio expoſitoris refellitur ab his.

4^m at deꝰ eſt ꝑfectiſſimũ cognoſcẽs. ℂ Quarto ſeq̃t̃ deũ poſſe res ipſas cog̃ſcere itũitiue ⁊ abſtractiue vnico actu.p3/q̃ deꝰ cog̃ſcit res abſtractiue in eſſentia:⁊ intuitiue cognoſcẽdo res ipſas in ſe:vnico v̾o actu:q̃a vnica rõne cognoſcẽdi:quę eſt oium cognoſcibiliũ vtpote ipſa eẽntia. Hęc de dilucidatõe.

ℂ Caput ſolutionum quintum.

His elucidatis. Ad ꝑmã dico q̃ p vnã rõnẽ itelligẽdi/quę eſt effectꝰ nõ põt niſi vnũ diſtincte ⁊ ꝓprie intelligi:at p vnã rõnẽ intelligẽdi:quę eſt cã:pñt tot itelligi quot ipſa eſt ꝓpria ⁊ diſtincta rõ pducẽdi. ℂ Ad ſcd̃a3 negat̃ ꝯña:⁊ deꝰ.n.eſt intell'ꝰ īfinitus non gdẽ pp īfinitas pducẽdi rõnes:ſ3 pp vnicã:quę eſt infinitorũ rõ/⁊ a ſe. ℂ Ad tertiã ꝯcedit̃ multas eẽ rõnes:ſ3 non diſtinctas diſtõne cadẽte in opifice:ſ3 in rebꝰ ipſis pducẽdis: rõnes ẽt in ꝯtrũ nullę ſunt:q̃a Ariſto.reputat impoſſe deum intelligere aliud a ſe p rõnẽ:quę ſit alia ab eiꝰ eſſentia:q̃ ſic ſignificaret̃ illa rõne:⁊ nõ tñ eiꝰ eẽntia. ℂ Ad ſcd̃a3 patuit ſolõ:dictũ eſt eni obm a ꝑipatheticis eſſe dictũ:vł q̃a agit in aliud/vel q̃a ponit̃ ab alio/vel q̃a intẽditur vt finis/⁊ nullo hoꝝ modoꝝ eſſentia dici põt obm:⁊ ꝓpterea deductũ non eſt ipoſſe:cũ his tñ ſtat eſſentiã eẽ edęquatã rõnẽ intelligẽdi ſe diſtincte/⁊ oia ꝓprie ⁊ diſtincte. Hęc de libro 12°:nec plura collegimus:tũ q̃a in expõne multa ſuppleuimus:tũ quia in libro deſtructio deſtructionũ plura de deo ⁊ de ſubis ſeperatis cõſcripſimus:in libro etiã de beatitudine ꝑtractauimus. Hęc pauca elaborauimus:ne tedio vos afficiam.

ℂ Finis libri duodecimi.

ℂ Eiuſde3 Auguſtini Niphi dilucidarij Metaphyſicarum Diſputationu3 Liber Tredecimus: Ad eundem Magnanimum Comitem Seueritanum Andream Carapham.

ℂ Pręfatio.

Diſputationes in 13° ⁊ 14° libris cõfecimus tibi paucas Comes magnanime Andrea Carapha:q̃ñ Ariſtoteles poſtq̃ in pꝛioꝛibꝰ libris veritatem tradidit:iudicauit nõ inutile opiniones cęteroꝝ ⁊ narrare:⁊ percẽſere. Tu v̾o ⁊ interdũ audiſti finẽ librorũ metaphyſicę eſſe 12^m intelligas ob finẽ:qui in eo tradit̃. Nã in codicibus gręcis:⁊ innumeratione libroꝝ:quã gręci effecerũt:inuenimus hos duos alios:imo apud arabes enumerãtur vniuerſę metaphyſicę ſciẽtię vigintiquatuor:quos cũ nõ viderim:nec certos habuerim:nõ omnino approbo. Tu igitur diſputationes haſce legas quęſonam ſ3 videant̃ mathematicę:ſunt ⁊ metaphyſicę ⁊ ſucci plenę:erit enim mihi pergratum ſi illas laudaueris. Uale.

ℂ Neceſſe v̾o ſi ſunt mathematica:aut in ſenſibilibus eſſe ipſa:quẽadmodum dicunt quidã.

ℂ Diſputatio ꝑ^a.ſi res mathematicę ſint ſepatę a ſenſibilibus.

ℂ Caput dubitationum primum.

Quod mathematice res ſint ſeperatę. Arguit̃ ꝑ res mathematicę ſunt diſtinctę ſm eſſe a ſubſtãtijs ⁊ a qualitatibꝰ:q̃a ſũt in alio ꝑdicamẽto:igit̃ ſepatę:nõ enim ſeperatũ eſt aliud q̃ diſtinctũ ſm eẽ. ℂ Scd̃o intellectus põt intelligere dimẽſionẽ ⁊ numeru3 ſine mã ſenſibili:igit̃ res mathematicę:quę ſunt dimẽſio ⁊ numerus ſunt ſepatę in re a mã ſenſibili.añs ꝯcedit̃ ab oibꝰ:diffiniunt eni mathematici numerũ ⁊ dimẽſione3 ſine mã ſenſibili.⁊ argumẽtũ deducit̃:q̃a q̃cq̃d intell'ꝰ põt intelligere eſt in re:aliter falſo intelligeret:modo abſtrahẽtiũ nõ eſt mendaciũ:vt dicit̃ 2° phyſicę auſcultationis. ℂ Tertio ſcientia mathematica ⁊ ſciẽtia nãlis differũt genere:igit̃ res mathematicę de q̃bus eſt mathematica ſunt ſepatę a rebꝰ nãlibꝰ: de q̃bus eſt nãlis.tenet argumẽtu3/q̃a ſecant̃ ſcientię vt res ipſę de quibus ſunt:vt dicit̃ 3° de anima. ℂ In contrarium eſt Ariſtoteles in textu. Hęc de dubitationibus.

ℂ Caput tituli ſecundum.

Anteq̃ ad tituli expõnẽ veniamꝰ debes ſcire q̃ vltra librũ 12^m inueni in codicibꝰ gręcis duos alios lib.13^m.v3.⁊.14^m. Quos gdẽ cõmẽtati ſũt nulli:vt ꝑ gręcis Hęc uel his duobꝰ addũt

Alex. Aphrodiſi⁹: de latinis Albert⁹ hos enſiant oēs grecig diſionē lib. meta^{ce} Ari. ꝓpoſuerūt iter latinos ēt illoꝝ memi nit Joānes Ḃādanēſis in 2° li. phy. q. 4. ꝛ ſine dubio videt̃ Ariſto. tū per modū loquēdi: quē ſeruāt. tū qa vbiqꝫ ꝛ paſ ſim ea quę dicūt referūt ad alios lib. ita vt videat̃ omnium vnus auctor: ſunt gdā arabū q aſſerūt metaphyſice lib. eſſe 24. ꝛ oēs fuiſſe ab Auer. expoſitos hoc ēt hebrei ꝯfirmant veꝝ cū hincinde ꝑquiſierim: nō inueni pleſ: nec gdē in co dicibus grecis: nec ēt enumeratos ab expoſitoribus grecis. Nec credo arabib⁹ nec hebreis: quoꝝ patres mēdaces ſūt ꝛ blādali laudū veꝝ ſiue ſic: ſiue alr. nos quaſdā diſputatio nes ꝛ breues i eis ꝗdem⁹ nō inutiles ꝑipatheticis, nec plato nicis hęc de lib. ℂ De titulo ꝟo dicam⁹ ꝙ res mathemati cę: de gb⁹ itelligit diſputatio: ſunt illę de gbus ꝑ mathemati ca ꝯſiderat: vt de ſubiecto ꝯtinuū: de quo ꝑtractat geome tria: ꝛ nūs quē ꝯtēplat̃ arithmetica: ſub ꝯtinuo plura ſunt: vt linea: de qua ꝗdant̃ figurę ſupficies ꝛ corp⁹ de gb⁹ oībus loqtur geometra: ſub nūo multę ſunt ſpēs, vt cubus, rectus, ꝛ cętera id gen⁹: de gb⁹ eſt geometria: ſunt res ēt de gbus lo quuntur ſciētię medię: vt nūs ſonorus: de quo eſt muſica: vt cōtinuū viſile de quo eſt ꝑſpectiua: ꝛ cętera id gen⁹: quę cuꝫ ſint magis nāles ꝗ mathematicę ꝑtermittantur: diſputatio enim loqtur de reb⁹: quę pure ꝛ ꝓprie dicūtur mathematicę: cu iuſmodi ſūt nūs vt nūs ꝛ ꝯtinuū: vt ꝯtinuū. ℂ Et ſi querit̃: cū ſint plēs ꝑmę ſpēs quāti. vꝫ. tps oīo, ꝛ id gen⁹: cur de dua bus tm̄ ſpēb⁹ quāti ꝯſideraūt mathematica, ꝛ nō de plib⁹. ℂ Dici pt ꝛ recte: qa ſolę hę duę pnt itelligi abſqꝫ motu: cę terę aūt cū ſint aut motus: aut nō ſine motu itelligibiles: hac rōne de illis nō fuit aliq̄ ps ſciē mathematicę. ℂ Scdo de bes ſcire ꝙ nomē mathematicū venit a matheteuo ṽbo grę co: qd̓ latine ſonat doceo: ꝛ ideo ſcia mathematica interꝑtat̃ ſciētia doctrinalis: qd̓ nomē lꝫ ſit cōe oīb⁹ ſciētijs: quatenus oīs ſciētia eſt doctrina quędā ꝑ excellētiā accōmodat̃ his: quę ꝯſiderāt de ꝯtinuo ꝛ nūo: eo qa in nullis alijs pōt ita do ctrinaliter ꝓcedi, veluti in his ꝯtinuū: igit̃ ꝛ nūs dicūt res ma thematicę: quatenus de ꝯtinuo ꝛ nūo, vt talia hę artes cōtē plant̃: quę ꝑ excellētiā dicūt mathematicę. Ulteri⁹ per ſepa tū in diſputatione itelligim⁹ idē, qd̓ abſtractū. ℂ Quot ꝟo modis ſumat̃ abſtractio: ꝛ quę ſit abſtractio: in 7 lib. diſpu tatione ꝑma diligenter eſt dictū. Amplius in dilucidatione dicemus, quantum propoſito deſeruiet. ℂ Senſibilia vt 2° lib. de aīa dictū eſt: trifariā ſunt. alia gdē ꝑ accñs, vt ſuba: vꝫ. ſocrates plato, cęlū, emiliū, ꝛ id gen⁹. Alia ꝑ ſe: vt calidū, frigidū ꝛ quę nō ꝯtingit niſi vno ſenſu ſentiri. Alia cōia: quę pnt plib⁹ ſenſib⁹ ſentiri vt magnitudo, nūs, figura motus, ꝛ quies: ꝛ de oīb⁹ pōt diſputatio ampliari. Hęc de titulo.

ℂ Caput poſitionum tertium.

De diſputatione veteꝝ nōnulli vt heraclei, ſi ue heraclitani ſenſerunt res mathematicas nullo pacto eē ſepabiles a ſenſilib⁹ mouebā tur veteres hi: qa intell̃m ꝛ ſenſum crediderūt idē eē: ꝛ cum viderūt tales res a ſenſilibus nō eē ſenſu ſepabiles: credide rūt nec rōne aut intellu ſepari poſſe ꝑ hęc nullā nām ꝑter phyſica ꝯceſſerūt. ℂ Hāc pōnē vident̃ ſeq logici: ꝛ qa cre diderūt omnem quātitatē eſſe ſubſtantiam: vel qualitatem. Qd̓ probare enituntur, ex eo quia omnis res extēſa eſt qua litas vel ſuba: ꝛ oīs quātitas eſt res extenſa: igit̃ omnis quā titas eſt ſuba vel qualitas. maiorē ꝓbare vident̃ ponēdo ꝙ aliq̄ res extēſa ſit. a b c. tūc arguūt ſi hęc res extēſa. a b c. nō ſit quātitas: tūc quātitas erit res diſtincta a tali re extenſa: ꝛ cū oīs res diſtincta ab alia poſſit ſaltē intelligi abſqꝫ illa: in telligat̃ igit̃ res extēſa. a b c. abſqꝫ quātitate: ꝛ cū adhuc re maneat pars extra partē, vt a. extra. b. ꝛ. b. extra. c. ſequitur ꝙ adhuc remanet extēſa. Syllogiꝫet̃ igit̃ illud qd̓ cōpetit ali cui circūſcripto ab eo oī qd̓ diſtinguit̃ realr ab illo, eſt idēꝫ realr illi: ſꝫ quātitas cōpetit rei extēſe circūſcripto a re extē ſa oī eo qd̓ diſtinguit̃ realr a re extēſa: igit̃ quantitas eſt res extēſa. minor pꝫ ꝑ exēplū datū: qa vbi remoueret̃ ab. a b c. oē diſtinctū realr: adhuc. a b c. eſſet quātū ꝛ hēt ptē extra partē: igit̃ quātitas eſt res extēſa: ꝛ vt dictū eſt: cū oīs res ex tēſa ſit ſuba vel qualitas: igit̃ quātitas eſt ſuba vel qualitas. ℂ Ex his infert̃ ꝙ res mathematicę nō pnt ſepatę eſſe: nec abſtrahi a ſenſilib⁹: nō gdē a ſenſilib⁹ cōib⁹: qm̄ res mathe maticę ſunt ſenſibilia cōia nō a ſenſilibus ꝓprijs: vel ſubijs quę ſunt ſenſilia ꝑ accñs: qa quātitas eſt ſuba vel qualitas: ꝛ nihil pōt abſtrahi a ſemetipſo: igit̃ logici vident̃ imitari he raclitanos: nō eni ſm̄ eoꝝ pōnē pnt ponere ꝗtitatē abſtra hi a ſenſilib⁹: qa nō a cōib⁹: cū res mathematicę ſint ſenſilia cōia: nō a ꝓprijs: quę ſunt qualitates nec a ꝑ accñs: quę ſunt ſubſtātię: qa res mathematicę quę ſunt quātitates ſunt ſubę vel qualitates: nō nihil pōt abſtrahi a ſemetipſo: igit̃ logici ſunt heraclitani. ℂ Obijcit aūt Ari. huic pōni vbiqꝫ: qꝛ quę poſſunt diffiniri ſine ſenſili mā: abſtrahūt a ſenſilib⁹: ſꝫ res mathematicę pnt diffiniri ſine mā ſenſili: vt pꝫ in diffōne li neę vel ſupficiei vel corpis: vbi nulla ponit̃ ſenſibilis quali tas. Scdo qa quę pnt ſine motu diffiniri abſtrahūt a ſenſili bus: motus enīꝫ nō eſt abſqꝫ ſenſilib⁹ itelligibilis: at res ma thematicę, vt deducit̃ 2° phyſi. pnt ſine motu diffiniri: igit̃ res mathematicę ſunt ſepatę a ſenſilib⁹. minorē ꝓbauit illic Ariſto. ex diis inter phyſicas, ꝛ mathematicas diffinitiones Hęc Ariſto. ℂ Sed vtrū quātitas differt realr a ſuba ꝛ q̄li tate: nolo nūc diſputare: ſciāt tñ nři ſcholaſtici eſſe quaſi cōe oīum peripatheticoꝝ ꝑcipiū ea diſtingui ſm̄ rē: quę ponū tur in diuerſis ꝑdicamētis: qa diuerſoꝝ generū, ꝛ nō ſub al ternatim poſitoꝝ diuerſę ſunt ſpēs ꝛ drię: ꝛ nō gdeꝫ ſm̄ rō nē: ſꝫ ſm̄ rē apud Simpliciū ꝛ Boetiū. ꝓpterea pō hoꝝ omit tat̃ tanꝗ̄ ridicola. Hęc ꝫ heraclitanos. ℂ Pithagorei ꝟo in alio extremo poſiti dixerūt res mathematicas eē ꝑnit⁹ abiūctas, ſepatas, ꝛ abſtractas oīb⁹ e ſenſilib⁹: nō tñ vna via ꝓficiſcunt̃ oēs, vt Ariſt. in textu narrat. Nā alij dixerūt res mathematicas ab oībus ſenſilib⁹ eſſe ſepatas: ꝛ nec in ipſis ſenſilib⁹ poſitas. Alij dixerūt illas eē ſeperatas gdē ſm̄ eē: nō tñ loco ꝛ ſubto ammotas ab ipſis ſenſilib⁹. Hęc Pitha gorei. ℂ Obijcit aūt Ariſtoteles i textu: qa ſi res mathema ticę ſint ſepatę ſm̄ eſſe: tūc vel erūt loco ꝛ ſubto ſepatę: vt pª pō ſentit: vel eē gdē abiūctę: loco ꝟo ꝛ ſubto in ſenſilib⁹ po ſitę: vt 2ª pō affirmat. ſi loco ꝛ ſubto abiūctę: tūc erūt ſubſtā tię abſtractę. deducit̃, qa nullū accñs eē pt ſine ſubto: vt 7° lib. eſt determinatū: igit̃ ſi res mathematicę ſint e ſenſilibus loco ꝛ ſubto ſepatę: cū nō poſſint eē accñtia: erunt ſubſtātię. Si aūt erūt eē abiūctę: loco ꝟo ꝛ ſubto in ipſis corporeis ſenſilib⁹ exiſtēs: tūc duo corpora erūt in eodē loco: ꝛ ſic duo corpora erūt vnū corp⁹: niſi eēt penetratio. multas alias rō nes facit: quę oēs vim hñt eādē: ꝛ ꝓpterea hęc vna ſufficiat. ℂ Ariſto. ꝟo paucis qōnē hāc abſoluēs: mediā viā ſecutus eſt: vult eni res mathematicas eē, ꝛ ſubto, ꝛ loco eē inſenſili bus: rōne ꝟo ſiue diffinitione eſſe ſepata. Qꝫ gdē ſm̄ eē ſint inſenſilib⁹. ꝓbat: qa nō exiſtūt i diuerſis locis: nō. n. hic ſunt ſenſiles ipſę res: illic ꝟo res mathe^{ce}: igit̃ ſm̄ eē ꝛ ſubꝫ ſunt ꝯiūctę ſenſibilib⁹. Qꝫ aūt ſm̄ rōnē ſint ſepatę. ꝓbat, qa cuꝫ ipſe mathematicas rē ſuaꝫ deſcribit, ſine ſenſili mā diffinit: igit̃ rōne e ſenſilib⁹ ipſis ſunt ſepatę: ꝛ ſic iter has extremas pōnes Ariſto. vī medius. ℂ Sed circa hāc ſolōnē ſunt dif ficultates. Prima gdē: qa nō apparet: qua nā ſpecie abſtra ctionis res mathematicę e ſenſilib⁹ ſint abſtractę: multiplex enim cū ſit abſtractio: videt̃ Ariſto. ꝓceſſiſſe per ęquiuocū. Scdo nō apparet e quibus ſenſilibus res ipſę mathemati cę abſtrahant̃: multiplex enim eſt ſenſile: vt in titulo patuit. ℂ Joānes Sandauēſis in lib. 2° phyſicę auſcultationis di lucidauit Ariſt. ꝛ pmiſit diſtinctiones. Prima ꝙ bifariā eſt

Marginal notes, left column, top to bottom: Quę res mathematicę. | Dubiū de quot quātitatis ſpeb⁹ loquitur mathematic⁹. Solutio. | Unde mathematicū. | Quid abſtractio. | Quid ſenſibilia. | Pōnis pō heraclitanorum. | Logicoꝝ. | Opīo rō logicorū.

Marginal notes, right column, top to bottom: Obōnes Ariſto. | Quę ꝯtra logicos. | Pō pithagoricorum. | Obōnes Ariſto. | Pō Ari. | Difficultates ꝫ Ari. | Dilucidatio Joā. in lib. 2 phyſicoꝝ. q. 4

abſtractio.altera quidē realis.altera vero intētionalis.realis
quidē eſt ſeperatio aliquoꝝ duoꝝ ſm locū:que prius fue/
runt ɔiūcta:ceu alchimici docēt abſtrahere quintā eſſentiā
a vino:⁊ aromatari ſuccū ab herbis:paſtores atq; villici bu
tyrum e lacte. Intētionalis aūt biſariā.altera que ꝑtinet ad
intellectū agentē:vt ſpēi intelligibilis ab indiuiduis phāta/
ſiatis.alia que pertinet ad intellectū poſſibilē ⁊ hec eſt intel/
lectio alicuius prioris ɔiuncti cū poſteriori nō intellecto po
ſteriori:queq; multiſariā eſt:quedā ſupioris ab inferiorib⁹:
quedā eſt ſubi a ꝓprijs accidētibus:vt dū intelligiť homo
nō intellecto riſibili:quedā ſubi ab accidētibus cōmunib⁹:
vt dū intelligiť hō abſq; curſu. Scđa diſtinctio eſt ꝙ ſenſi/
bilia ſunt biſariā.alia gdē ꝓpria.alia cōia:cōia gdez que ab
oībus vel plurib⁹ ſenſib⁹ cognoſcunť:ꝓpria vero que nō cō/
tingit niſi vno ſenſu ſentiri. ¶ Tūc Joānes pōnē Ariſt.per
ſex dilucidat.pᵐo dicit ꝙ res mathematice nō ſunt abſtra/
cte a ſenſilibus abſtractione reali: ⁊ hoc ɔ pithagoricos:qa
nunq; eſt/aut fuit/aut erit linea que nō ſit in aliquo ſubto ca
lido vel frigido/vel humido/vel ſicco:cuz enim res mathe/
matice ſint accidētia:⁊ accidētia nō poſſunt eſſe quin ſint in
ſubſtantia nālī:relinquiť res mathematicas non poſſe reali
abſtractione eſſe abſq; ſenſilibus. Scđo dicit ꝙ res mathe
matice nō ſunt abſtracte a ſenſilibus abſtractione ſpeciei a
phātaſmatibus:hoc facile pȝ.qa ſenſilia nō ſunt phātaſma/
ta nec indiuidua phātaſiata rerū mathematicaꝝ. Tertio di
cit ꝙ res mathematice nō ſunt abſtracte e ſenſilib⁹ abſtra/
ctione nature a ſuppoſitis ſiue ſuperioris ab iſeriorib⁹:hoc
manifeſtū eſt:qa res mathematice nō ſunt nature reꝝ ſenſi
lium:nec vlia illorū. Quarto dicit ꝙ res mathematice nō
ſunt abſtracte a ſenſilibus abſtractione ſubi ab accidētib⁹
ꝓprijs:hoc nullo alio ꝓbo:niſi qa cōſtat res mathematicas
nō eſſe ſubta rerū ſenſiliū ꝓpria. Quinto dicit ꝙ res mathe
matice ſunt abſtracte abſtractione ſubi ab accidētibus cō/
munibus.ꝓbať qa dimēſio eſt ſubm ſenſiliū ſm Auer.in li
bro de ſuba orbis:⁊ ſi nō ſeorſum:ſaltē cū mā ipſa:eſt enim
pᵐū eoꝝ que in mā recipiunť. Ultimo dicit ꝙ res mathe/
matice ſunt abſtracte a ſenſilib⁹:nō quidē cōibus:ſȝ ꝓprijs:
cōibus gdem nō:qa ipſemet res ſunt cōia ſenſilia:⁊ ꝓpria
vo ſic:qa ɔiunguť illis accidētaliter:⁊ ſūt illis priora. Hec
Joannes. ¶ Sed hec dilucidatio multiſariam eſt obſcura.

Reprehēſio.

Primo qa pᵐa diſtinctio eſt manca:qa intētionalis abſtra/
ctio pᵐa ſui diuiſione diuidiť per ſenſum:⁊ per intellectū:
eſt enim alia ptinēs ad intellectū.alia ad ſenſum: abſtrahit
enim vis imaginaria a ſenſilibus ꝓprijs:⁊ extimaria etiam:
vt illa ouis ex ſenſilibus proprijs circa lupum: vt docet
Auer.in libro de anima:⁊ hui⁹ nihil meminit Joānes. Pre/
terea ea que pertinet ad intellectum poſſibilē:videť multi/
plex:eſt enim alia ſimplex.alia cōpoſita:abſtrahiť eni ꝓpō
vlis a multis ſingularibus ꝓpōnibus:⁊ tn̄ nulla abſtractio/
ne tacta a Joāne:inſuper etiā ſimplex abſtractio eſt alia pri
uatiua alia etiā poſitiua:vt diceť:quaꝝ nullius Joānes me/
minit. Scđo obſcura eſt:qr ſecūda diſtinctio eſt inſufficiēs:
ſunt enim ſenſibilia quedā:que nec ſunt ꝓpria: nec cōia:vt
ſenſibilia per accidēs:⁊ hoꝝ nihil Joānes meminit. Deficit
tertio quo ad ɔcl'ones.pᵐo qa nō apparet ſi res mathema/
tice abſtrahūt e ſenſilibus per accidēs:vel ne. Scđo appa/
ret ꝙ mathematicus abſtrahat a ſenſilibus abſtractione ſu
perioris ab inferioribus:procedit enim a magis cōibus ad
minus cōia:vt quilibet artifex:igiť nōnulla ɔſiderat abſtra
cte abſtractione ſuperioris ab inferioribus:poteſt enim con
ſiderare ſenſilia cōmunia/vt abſtrahunt a minus cōib⁹:igi/
tur hec poſitio multiſariā eſt obſcura. Hec de pōnibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Senſibile trifariam.

PRo dilucidatione igiť pmittamus pᵐ ꝙ ſen
ſibilia trifariaz dicuntur.
Uno modo ſenſibilia dicunť per ſe ⁊ ꝓpria:⁊ ſic ea ſūt:que
nō contingit niſi vno ſenſu ſentiri. Alia ſunt ſenſibilia cōia:
vt que ab omnib⁹ vel plurib⁹ ſenſib⁹ ɔtingit ſentiri. Alia ſūt
per accñs:vt ſubſtātie/⁊ relationes:vt dcm̄ eſt in titulo:que
ſentiunť p accñs rōne ſenſibiliū per ſe. ¶ Scđo debes ſci/
re ꝙ abſtractio pᵐa ſui diuiſione biſariaz diciť:vna realis.
alia intētionalis.realis eſt duoꝝ ſm locū ſeperatio:que fue/
rūt pᵐo ɔiūcta. Intētionalis adhuc duplex/alia attinet ad
ſenſum alia ad intellectū:abſtrahit extimaria ouis ex ſpēb⁹
ſenſatis ſpēm inimicitie inſenſatã:⁊ medicus ex ſignis ſenſi/
libus ſpēz morbi abſtractione attinēte ad ſenſum:⁊ hec pōt
adhuc ſubdiuidi:ſed nō eſt curandū:abſtractio que attinet
ad intellectū duplex adhuc etiā eſt. Alia enim que ad ipſuz
attinet intellectum agentē:vt abſtractio ſpēi intelligibilis a
phātaſmatibus. Alia ad intellectū poſſibilē:⁊ hec eſt cogni/
tio alicuius prioris pᵐa attinet ad intellectū agētē ſm Joā
nem:⁊ tn̄ ſm veritatē attinet etiā ad intellectū poſſibilē:verū
nō eſt curandū. Abſtractio que attinet ad poſſibilez rurſus
diuidi pōt:qa alia eſt cōpoſita.alia ſimplex.cōpoſita eſt illa
qua intell's poſſibilis per diançam abſtrahit vlem ꝓpōnez
que eſt pncipium artis ⁊ ſciētie a ſingularibus ꝓpōnib⁹ vt
diciť pᵒ phyſicoꝝ.ſimplex abſtractio eſt adhuc biſariā:quia
alia eſt priuatiua:⁊ hec eſt cognitio alicui⁹ prioris in aliquo
ſigno:in quo nō ɔſiderať ſuū poſteri⁹:⁊ de hac habeť 2ᵒ phy
ſicoꝝ dū diciť abſtrahētiū nō eſt mēdaciū. Alia eſt abſtra/
ctio poſitiua ⁊ hac abſtractione abſtrahit vle intētionale ab
his ſingularibus cōſiderādo in illis ſimilitudinē in qua con
ueniūt:⁊ de hac loquitur Auer.12ᵒ li.hui⁹. Abſtractio priuati/
ua eſt rurſus duplex.alia nature a ſuppoſitis.alia ſubi ab
accidētibus.abſtractio nature a ſuppoſitis eſt ɔſideratio ſu
perioris nō ɔſideratis inferioribus.abſtractio ſubi ab acci/
dentibus adhuc duplex:qa vel ab accidētibus ꝓprijs:vel ab
accidētibus p accñs vt dictū eſt ⁊ ſiue ſic ſiue ſic eſt ɔſidera
tio ſubi prioris nō ɔſideratis accñtib⁹ poſteriorib⁹:omnis
enim abſtractio que pertinet ad cognoſcitiuā vim eſt cogni
tio alicui⁹ prioris illa que eſt poſitiua eſt a notis:que eſt pri
uatiua eē pōt ab ignotis. ¶ Tūc dicēdū pᵒ ꝙ res mathema/
tice que ſunt magnitudo ⁊ nūs:nō ſunt abſtracte a ſenſilib⁹
quouis modo accipiēdo ſenſibile abſtractione reali:vt cre/
diderūt veteres:⁊ hoc recte ꝓbauit Joānes. ¶ Scđo dōm
ꝙ ſi abſtractio attinet ad ſenſum:res mathematice poſſunt
dici abſtracte a ſenſilib⁹ ꝓprijs:nō aūt a ſenſilib⁹ p accñs:
vel cōibus:qđ gdē a ſenſilibus ꝓprijs.pȝ/qa extimaria ma
thematici pōt cōſiderare magnitudinē ⁊ nūm nō cōſiderā/
do ſenſilia ꝓpria:qđ vo nō a ſenſilib⁹ p accñs ⁊ cōibus.ꝓbať/
qa ſenſilia p accñs ſunt priora magnitudine ⁊ nūo:ſuba enī
que ſenſibilis per accñs/eſt prior magnitudine ⁊ nūo mo/
do abſtractio nō eſt poſterioris a priori:ſȝ magis eɔ:nec a ſen
ſilibus cōibus:qa nihil abſtrahiť a ſemetipſo mō magnitu/
do ⁊ nūs ſūt ſenſilia cōia. ¶ Tertio dico ꝙ ſi loquimur de
abſtractione que attinet ad intell'm agētē:res mathematice
nō ſunt abſtracte a ſenſilibus quouis mō accipiēdo ſenſilia:
qm̄ ſenſilia nō ſūt phātaſmata reꝝ mathematicaꝝ:nec res
mathematice ſunt ſpēs ſenſiliū. ¶ Quarto dico ꝙ ſi loqui/
mur de abſtractiōe attinēte ad intell'm poſſibilē:res mathe
matice nō ſunt abſtracte a ſenſilib⁹ quouis mō illa ſumēdo
abſtractione cōpoſita.ꝓbať/qa res mathematice nō dedu/
cunť a ſenſilib⁹:vt ꝓpōnes vles ex ſingularib⁹. ¶ Quinto
dico ꝙ res mathematice nō ſunt abſtracte a ſenſilib⁹ quo/
uis modo ſumptis abſtractōe ſimplici poſitiua.ꝓbať/quia
hec non ſit niſi a notis.at ſenſilia nō ſunt nota mathematico
per rōnem mathematici. ¶ Sexto dico ꝙ res mathemati/
ce nō ſunt abſtracte a ſenſilibus ꝓprijs vel p accñs abſtra/
ctione nature a ſuppoſitis/ſed bene a ſenſilib⁹ cōibus.dedu
ciť:qa res mathematice nō ſunt nāe ſenſilium ꝓprioꝝ:nec
ſenſiliū

Margin notes (right column): 1ᵃ ſuppō. — 2ᵃ ſuppō. — Quid ſit abſtractio ⁊ duplex. — Cō.5. — Cō.4. — Dilucidatio. — 1ᵃ ɔclo. — 2ᵃ ɔclo. — 3ᵃ ɔclo. — 4ᵃ ɔclo. — 5ᵃ ɔclo. — 6ᵃ ɔclo.

ſenſilium per accidēs:ſunt tamē naturę ſenſiliū cōmuniū: q̄a ipſe mathematicus quędā ſenſilia cōmunia cōſiderat/ vt ſuperiora: quędā vt inferiora:igiṫ ſunt res abſtractę abſtractione naturę a ſuppoſitis a ſenſilibus cōībus. ¶ Septimo dico ꝙ res mathematicę non ſunt abſtractę a ſenſilibus quouis modo ſumptis abſtractione ſubiecti ab accidētibus per ſe:hoc eſt manifeſtū:q̄a res ipſę mathematicę nō ſunt ſubiecta ſenſiliū:nec ſenſilia quouis modo accepta ſunt accidētia per ſe rerū mathematicarū. ¶ Reſtat igiṫ octauo vt res mathematicę ſint abſtractę abſtractione p̄uatiua: ea videlicet quę eſt ſubiecti ab accidētibus per accidēs/ab ipſis ſenſibilibus proprijs:non aūt ſenſibiliuꝫ cōmunibus: vel per accidēs:dixi primo abſtractione priuatiua: q̄a poſitiua abſtractio eſt a notis modo mathematicus non abſtrahit ab ipſis proprijs ſenſilibus/vt a notis. Scđo dixi ea videlicet quę eſt ſubiecti ab accidētibus per accidens:q̄a magnitudo ⁊ numerus videntur quaſi ſubiecta ſenſibiliū p̄prio ruꝫ:vt dixit Joānes auctoritate Auer. Tertio dixi nō a ſenſibilibus cōmunibus:vel per accidēs: q̄a res mathematicę ſunt ipſa ſenſibilia cōmunia:vt dictuꝫ eſt. Amplius ſenſibilia per accidēs ſunt ſubſtantię: quę ſunt priora ſenſibilibus proprijs modo nullo: poſterius abſtrahitur a priori: igitur res mathematicę abſtrahūt a ſenſilibus proprijs tm̄/abſtractione priuatiua ſimpliciter:ea videlicet quę eſt ſubiecti ab accidentib⁹ per accidēs. ¶ Ex his ſequiṫ ꝙ mathematic⁹ nō abſtrahit a ſubſtantia: nec abſtrahit a ſenſilibus cōibus:qđ quidē nō abſtrahat a ſubſtātia:deducitur q̄a nō poteſt cōſiderare lineā:niſi in aliqua ſubſtātia:q̄a aut ligno/aut in puluere/aut in cęlo/aut aliquo id genus:abſtrahit tm̄ a materia ſenſibili ſiue a ſenſibilibus p̄prijs:q̄a poteſt lineā cōſiderare nō in miſto/nec in ęlemēto/q̄a eā cōſiderat in cęlo:nō tm̄ abſtrahit a ſubſtātia:q̄a omne qđ cōſiderat:in aliquo ſubiecto cōſiderat:qđ eſt ſubſtātia: igitur cōſiderat ſubſtātiā ſaltem confuſe ſumptaꝫ. Qđ xͦo nō abſtrahat a ſenſilibus cōībus:patuit: q̄a res ipſę mathematicę videlicet numerus ⁊ magnitudo ſunt ſenſibilia cōmunia:igiṫ nō abſtrahit a ſenſilibus cōibus hac abſtractionis ſpē. Hęc ſunt quę p̄ dilucidatione poſitionis Ari. erāt dicēda. ¶ At p̄o dilucidatiōe poſitionis pithagoricoꝝ debes ſcire:ꝙ res mathe. apud veteres intelligi p̄nt dupliciter:q̄a aut eēntialiter:aut denominatiue:eę dicuntur res mathe. eſſentialiter:quę ſunt p̄prie ⁊ formalr atqꝫ p̄dicamentaliter magnitudines ⁊ numeri. magnitudo quidē:cuius partes copulantur ad aliqueꝫ cōem terminū:numerus autē qui cauſaṫ ex diuiſione magnitudinis. Dicunṫ xͦo quędā res mathe. denominatiue:quę eſſentialiter ⁊ p̄prie nō ſunt magnitudines vel numeri:ſed denominanṫ magnitudines ⁊ numeri per quādā rōnem:⁊ ita denominatiue dicunṫ mathe. quatenus ſubeunt denominationeꝫ eorū:de q̄bus agit mathe. ⁊ hoc pacto ſubſtātię ſeparatę dicuntur res mathe. q̄a p̄pter quādā rationē denominantur magnę ⁊ numeri. magne quidē virtute:numeri xͦo ęternitate:oē enim ęternū eſt numerus apud Platonē:q̄a eē eternū eſt trinitas/q̄a eſt p̄ncipiū mediū ⁊ finis: quatenus qđ intelligitur in ęterno principiū:id itelligere vt finis: ⁊ qđ vt mediū:id vt principiū ⁊ finis:igiṫ ſubſtātię ęternę:ſunt magnitudines:⁊ numeri:magnitudines quidē virtute: numeri xͦo ęternitate ⁊ hac rōne Plato ait deū eſſe numerū ſeipſuꝫ mouentē:⁊ aīam ſimiliter: q̄a ſunt ęterni. Sic igitur ſubſtantię ſep̄ate eternę dicuntur res mathe. denominatiue quatenus ſubeunt denominationē rerū:de q̄bus agit mathematicus. ¶ Quibus patet dilucidatio Pithagori. ⁊ cōſiliū inter Ari. ⁊ ipſos:cū enim Ari. vult res mathematicas ſm rē nō eſſe ſep̄atas:loquitur de rebus mathematicis p̄dicamētaliter ⁊ eſſentialiter. at cū pithagori. dixerūt res mathematicas eē ſm reꝫ ⁊ eſſe ſep̄atas loquunṫ de ſubſtantijs abſtractis:quę dicuntur res mathematicę denominatiue:quatenus ſubeūt denominationē rerū mathe. hęc Simplicius vir grauiſſim⁹ in quā pluribus locis tetigit. Hęc de dilucidatione.

Septima conclu.

Octaua conclu.

Exceptū

Dilucidatio positio pithago.

Cōſilium.

¶ Caput ſolutionum quintum.

His diſputatis. Ad primā dico ꝙ res mathematicę ſunt diſtinctę a ſenſilibus p̄prijs:nō tamē ſep̄atę ſeperatione reali/ſed bene intētionali: vt patuit in dilucidatione. ¶ Ad ſcđam cōcedo ꝙ magnitudo ⁊ numerus ſunt ſine materia ſenſili in ſui ratione: ⁊ ſic ſunt abſtractę abſtractione intētionali. ¶ Ad tertiā concedo ꝙ differunt realiter : non tamē ſeperatę ſunt realiter/vt nunc loquimur:q̄a nō ſep̄atione loci:multa alia diximus 2⁰ phyſicorum de his quę lege : q̄a conferunt ad hęc:amplius ⁊ in tertio huius etiam: quę ſi placet videas. Hęc de prima diſputatione ſufficiant.

¶ De ideis aut po. ipſam ſm ideam opinionem conſiderandum ⁊c̄.

¶ Diſputatio ſcđa eſt ſi Jdeę ſint ſep̄ate a ſenſibilib⁹ ipſis.

¶ Caput dubitationum primum.

Quod idee ſint ab ipſis ſenſilib⁹ ſep̄atę: multifariaꝫ argui ſolet. Primo perpetuū eſt ſep̄atum a corruptibili: vt dī ſcđo de anima:ſep̄atur hoc ab hoc vt perpetuū a corruptibili. Jdeę ſunt perpetuę: vt Plato ⁊ Ariſt. ſentiunt:⁊ ſenſibilia ſunt corruptibilia:igitur ideę ſunt ſep̄atę a ſenſilib⁹. ¶ Scđo p̄ncipia eſſendi ſunt ſeperata ab his quorū ſunt principia:ſed ideę ſunt principia eſſendi ſenſibilium:eo q̄a eadē ſunt eſſendi ⁊ cognoſcendi principia:igitur ideę ſunt a ſenſibilibus ſep̄atę. ¶ Tertio id equo ad ſenſilia nō cōuertitur ſubſiſtēdi cōſequentia:eſt ſeperatū a ſenſibilibus. Sed ideę ſunt e quibus ad ſenſibilia nō cōuertitur ſubſiſtendi cōſequētia. minor patet:q̄a idea ⁊ vniuerſale idē eſt modo vniuerſale eſt id equo ad ſenſibilia nō cōuertitur ſubſiſtendi conſequētia:igitur ideę ſunt ſeperatę. ¶ Quarto omne prius eſt ſeperatuꝫ a poſteriori: ſed ideę ſunt priores ſenſilibus apud omnes : igitur ſep̄atę. ¶ Quinto cauſa eſt ſep̄ata a cauſato: vt oēs aſſerunt:ſed ideę ſunt rerū ſenſibiliū cauſę ſm Platonem:igitur ſunt ſep̄atę a ſenſibilibus. ¶ Sexto vniuerſalia ſunt ſep̄ata a ſingularibus ⁊ ſenſibilibus:vt Plato dicit. Sed ideę ſunt vniuerſalia:igitur ſeperatę erunt a ſenſibilibus. ¶ Septimo ſpecies eſt aliquid p̄ter indiuiduū:q̄a ſi ſpecies eſſet p̄ciſe indiuiduū: tunc de illa nō eſſet ſciētia:ſed ideę ſunt ſpecies:vt ſonat nomen:igitur ſunt p̄ęter indiuidua:⁊ ita ſeperatę a ſenſibilibus. ¶ Jn 3ͦium eſt Ari. in textu:qui repręhendit Socratem ⁊ Platonē p̄ce ptores de hac ſeperatione. Hęc de dubitationibus.

¶ Caput tituli ſecundum.

Quid ſeperatio ſiue abſtractio ſit : quotue modis dicatur. Amplius q̄d ſenſibile:quotue modis accipiatur:dictū eſt proxima diſputatio ne:illud tamē addendū eſt ſenſibilia non accipi in diſputatione/niſi per ſingularibus. ¶ Prętera Jdea verbum eſt gręcū:qđ quidē fuit Platonis peculiare:⁊ vt Proculus tradit ipſius inuentū apud latinos nō ſemper idem ſonat: ſed pro ratione diuerſitatis vſus:cū enim venit in vſum cognitionis:latine ſonat diffinitionē/ſiue quidditateꝫ: cū in vſum cauſationis:latine ſonat formā/ſiue ſpeciē: cū in vſum ordinis latine ſonat vniuerſale : ⁊ propterea triplex eſſe pōt diſputationis ſenſus:cū enim quęriṫ ſi ideę ſint ſep̄atę a ſingularibus ſiue ſenſilibus:vnus ſenſus eſt ſi diffinitiōes ſint ſeperatę a ſingularibus. Alius xͦo ſi formę ſiue ſpēs ſint ſeperatę a ſingularib⁹. Tertius ſi vl̄ia ſint ſep̄ata a ſingularib⁹: ⁊ oībus his modis eſt diſputatio digna diſceptatione tā ⁊ ſi de his aliquis ex p̄te ſit diſputatū 7ͦ huius. Hęc de titulo.

Idea qd.

Caput poſitionum tertium.

Pō ider culorum. Inter antiquos itaqꝫ Heraclei atqꝫ oēs q̄ heraclitū ⁊ Cratillū ſectati ſunt:ſo
la ſenſibilia profitētes:ideas eē ſeperatas ab illis penitus ab/
negarūt. mouebātur aūt argumēto ꝙ intellectus eſt ſenſus:
quare intelligibile eſt ſenſibile: igiť intelligibilia erūt mere
ſenſibilia/atqꝫ ſingularia. Quo fit/vt nec in re nec in mente
ideas ſeperatas aſſerebāt:eo q̄ mens erat apud eos ſenſus
ſiue vis potiſſime ſenſoria:hinc demebant ſcire atqꝫ ſciam/
aſſerētes nihil ꝓrſus poſſe ſciri:q̄ nullū eſt ſcibile/nullūqꝫ
Quę logici. vniuerſale. Pōnē hāc videtur logici fere ſectari aſſeren
tes vniuerſalia nihil eſſe in re. pręter ſingularia:ſoluꝫ enim
vt dicunt termini ſunt de plurib⁹ pręđicabiles:in mēte qui/
dem naturaliter:in voce ꝟo vel ſcripto ad placitū:addētes
his terminis ſumptis in voce aut ſcripto nihil ī re correſpō
Obiectio Ariſto. dere ꝑter ſingularia. Obijcit aūt huic Ari. ꝑ/q̄ hac poſi/
tione data:tolleretᷣ ipſum ſcire:qđ tam ſcientes ꝙ ignoran/
tes ꝓfitentur. Secūdo prima principia ſunt veluti locus ia
nue:quem nullus ignorat: vt dicitᷣ 2⁰ huius. modo vbi non
eſſent niſi ſingularia:tolleretᷣ veritas primoꝝ principioꝛuꝫ.
Pō pla. Plato autē concedens ipſum ſcire/ideas conceſſit: quę
vniuerſalia ſunt:nō quidem in rebus ipſis collocatas:ſed a
ſingularibus ſeperatas:mouebatur aūt ꝑmo quia modo in/
telligendi credidit correſpōdere modum eſſendi. Sed
Rationes Platōis. nos poſſumus intelligere hominem ſiue ſingularibus eius:
igitᷣ idee vniuerſales ſunt in re pręter ſingularia. Scđo mo
uebatur/quia omne tale per participationē reducitᷣ ad ali/
quid tale per eſſentiam:ſed hic homo eſt homo participa/
tione humanitatis:igitur humanitas eſt homo per eſſentiā:
⁊ ita idea ſeperata. Tertio ſcire eſt eoꝝ:quę nec ſunt ſingu/
laria:nec in ſingularibus poſita: vt omnes dicūt ſed idearuꝫ
vniuerſalium eſt ſcientia:igitᷣ idee vniuerſales nec ſunt ſin/
gularia:nec in ſingularibus poſitę:⁊ ita erunt ſepatę. Quar/
to motus eſt Plato ꝓpter generationē:videbat enim nullū
ſingulare virtute ꝓpria ſufficere ad generationem ſui ſimi/
lis:⁊ ꝓpterea opꝫ eſſe ideam vniuerſalem: in cuius virtute
ipſum ſingulare ſibi ſimile generaret. His rationibus Pla
to cōceſſit ideas vniuerſales ſm eſſe ſeperatas a ſingulari/
bus ipſis. Sed in pōne Platonis emergūt difficultates
Difficultates Platonicę. non paruę:quas Plato in parmenide de vno rerum omniū
principio abſoluit. Prima quidem eſt quoꝝ ſint idee:⁊ an
ſpecificę tm̄. Scđa quales ſint:quāue vim habeant. Tertia
quonā modo ab eis quoꝝ ſunt/participentᷣ. Reſpōdēt
Quorum ſint idee ꝑma pō. ad primā Platonici/vt velle videtᷣ Themiſtius in ꝑ de ani
ma libro capite. 23. ꝙ non omnium indiuiduoꝝ ſint ponen/
dę idee:quia non eorū:quę alio modo ꝙ per ſeminis emiſ/
ſionem generari poſſunt:taliū enim nō ponuntur idee. Tū
q̄ imperfecta ⁊ vilia:⁊ nō intēta a natura. Tum quia conſe
quuntur ea:quoꝛum ſunt idee. Pręterea idee non ſunt niſi
ſpecies/⁊ nō genera:q̄ ſeperatę rei per eſſentiam nō eſt da/
re ſeperatius:adhuc q̄re cū ſpēs apđ Platonē ſint per eſſen
tiam ſeperatę:non pōt poni illarū genus adhuc abſtractius:
oē. n. qđ abſtrahitᷣ:ab ente materiali abſtrahitᷣ quare idee
ſunt ſolum ſpecies rerū ſenſiliū:non aūt genera ⁊ quāto mi/
nus nec genera generū. Inſup etiā numeroꝝ non ſunt idee:
quia non ponunᷣ idee niſi reſpectu eoꝝ:quę accidentaliter
ordinantᷣ:modo numeri ſunt eſſentialiter ordinati. Sed
Obiectio pace hoꝝ dixerim hęc nō correſpōdēt fundamētis Plato/
nicis:primo q̄ potiſſima ratio Platonis:qua ipſe perſuaſit
ideas:vt Themiſtius ⁊ Ariſto. dicūt:eſt generatio animaliū
ex putri materia:cū enim hęc ſiant:⁊ nō ab agente materia/
li ſimili atqꝫ illis vniuoco. cōſequens eſt:vt ſint idee:quę ta
lia generent:ſola materia pręđiſpoſita:igitur videtᷣ talium
eſſe potiſſimū idea. Pręterea talia ſunt ſcibilia:⁊ nō per na
turam ſingulariū:igitur per naturā vniuerſalem ſeperataꝫ
quę eſt illoꝝ idea:inſuper etiam modo intelligēdi correſpō
det modus eſſendi. Sed poteſt in talibus intelligi natura ſi/
ne ſingularibus:igitᷣ in talibus eſt idea ꝑter ſingularia:oēs
enim rationes quę cogunt ideas rerum perfectarū:videtur
cogere talium ideas. Scđo videtᷣ ꝙ idee non tm̄ ſint ſpēs:
ſed genera:imo genera generum:⁊ omnia vniuerſalia:nā lꝫ
talia non abſtrahantᷣ a ſpeciebus:quę per eſſentiam ſunt ſe/
peratę:correſpōdent abſtractionibus indiuiduoꝝ. Socra/
tes enim poteſt conſiderari vt homo:vt animal: vt corpus:
⁊ cętera id gen⁹:qua ratione fit vt tot ſint idee quot ſunt ab/
ſtractiones Socrati correſpōdentes:quia argumentū Pla/
tonis eſt cuilibet modo intelligēdi correſpondere modum
eſſendi:igitᷣ quot modis pōt abſtrahi vniuerſale ab indiui/
duo tot idee ſunt illis abſtractionibus correſpōdētes. Pre/
terea ſi idee ponunᷣ ꝓpter ſcientiaꝫ:⁊ de indiuiduo ſcimus
non tm̄ rōnes ſpecificas:ſed genericas/⁊ vniuerſales oēs:vi
detur ꝙ tot ſunt idee quot ſunt rōnes quidditatiuę ſcibiles
de indiuiduis. Tertio videtᷣ ꝙ numeroꝝ maxime ſint idee:
Tum q̄ modo intelligēdi reſpōdet modus eſſendi: modo
poteſt abſtrahi a numeris ratio quędam cōmunis:igitᷣ illi
reſpōdet ꝓpria idea. Tum ſecūdo q̄ idea ponitur ob ſciē/
tiam:igitᷣ quot ſunt rōnes ſcibiles de numero:tot idee:igitᷣ
rationibus numeroꝝ reſpōdēt idee. Quare ſi Platonis Propria poſitio.
opinio reſpōdet ſuis fundamētis oportet dicere omniū ſin/
gularium generabilium eſſe ideas. Amplius ideas eē ſpēs/
⁊ genera/⁊ omnia vniuerſalia. Inſuper numeroꝛum ⁊ aliuꝫ
quę ſub ratione aliqua vniuerſali cōſiderari poſſunt. Qđ ſi
Plato videatur dicere contrarium:non loquitᷣ ſuis funda/
mentis conſentaneę:⁊ debet reduci in bonū. Hęc de primo.
De ſecūdo aūt quales ſint idee. Plato eo in lib. capite 5⁰ Quales ſint idee.
declarat:⁊ vult ideas ſubſtantias in partes:quęqꝫ nec a re/
bus quarum ſunt loco diſtant:nec eodem in loco:in quo illę
ſunt collocatę:ait enim ideam hominū non eſſe diuiduā ita
vt pars eius ſit in ſocrate:⁊ altera in platone. Sed eſt impar
omnibus pręſens a nullis diſtans ceu ſimilitudo quędā ab
omnibus ſimilibus participata:ſic igitur idee ſunt ſubſtan/
tię in partes indiuiduęqꝫ quę nec loco ab his diſtāt:quaruꝫ
ſunt:nec in eodem ſunt loco:cū nullibi ſint:eo q̄ indiuiduū
atqꝫ impars nullibi eſt:dicuntur tamē ab illis indiſtantes:⁊
pręſentes ceu lux illuminatis. Hęc de ſcđo. Quo ꝟo mo Quo mō ideę participentur
do participentᷣ qđ erat tertium:ibidē Plato exponit ⁊ vult
ideas haſce nō ita participari ab his:quoꝝ ſunt:vt illarum
vnā partē muniatᷣ vnū indiuiduū:alterā alterum:eſſet eniꝫ
indiuiduum non tale ſimpliciter:ſed ſm quid per partem.
Quare participatur tota ab vno:⁊ tota ab omnibus:vt eniꝫ
animus eſt totus in toto:⁊ totus in ſingula totius parte: ſic
idea eſt tota in his quoꝝ eſt:⁊ tota in quolibꝫ illoꝝ. Hęc eſt
Platonis poſitio in eo lib. quam vbiqꝫ Ariſto. illi impoſuit.
Dicunt autem hanc poſitionē eſſe Platonis Alexander Burleo poſitio.
Aphrodiſius ⁊ Philoponus in libro poſterioꝝ. Videntur
aūt hanc vel huic ſimilem ſectari alij qui vniuerſalia realia
cōcedunt:dicētes illa eſſe a ſingularibus ſm rem diſtincta:
⁊ quātum ad hoc Platonem ſectanᷣ. Addentes hęc vniuer
ſalia ſuis ſingularib⁹ eſſe cōmunicata:ꝓpter qđ ipſa de ſuis
ſingularibus pręđicari poſſunt:⁊ per hoc credunt differre a
Platone:q̄ aſſerunt platonē poſuiſſe nec ſingularibus cō/
municata:nec illis idētificata:et hac ratione non pōt dicere
vniuerſalia de ſingularibus pręđicari. Sꝫ q̄cqđ ſit:hęc poſi
tio eſt aut ex toto platonica:aut illi fere ex toto ſimilis:non
eniꝫ credo Platonē negare vniuerſale de ſingularib⁹ pręđi
cari:cum hoc omnibus cōſtet:ſed hoc addit vniuerſali pre/
dicanti correſpondere naturā ſiue ideā ſeperatam. Ariſto.
autē dixiſſet illi correſpondere aliqđ pręter ſingularia:non
tamen ſm eſſe ſeperatum/vt dicemus. Quare poſitio ho/
rum fere platonica eſt. Hęc de platonicoꝛum poſitione.

Obijcit

Obōnes Ariſto.

¶ Obycit aūt Ari.huic poſitioni multis rōnibus:ver tres ſunt potiores quas facit hic. Prima eſt/ga datis rationibus platonis,tūc daret̃ idea accidētiū,qḋ eſt impoſſibile: eo ga nō pōt dari accidēs ſeperatū a ſubſtātys:⁊ deducit argumētū per fundamēta platonis:nā plato enitebat̃ ponere ideas principalr ꝑpter duo.p̄mo ꝑpter ſcientiā. ſcḋo ꝑpter vniuerſalē rōnē mō ꝯſtat accidētia ſciri:⁊ nō quatenus ſunt indiuidua:igit̃ ſciunt̃ ꝑpter ideas illorū. Pręterea de accidētibus eſt vna vniuerſalis rō:vt oīum colorū vnus vniuerſalis color.Sȝ mō intelligēdi correſpōdet modus eēndi: igit̃ dabit̃ idea cōis colorū quare per fundamēta platonis opȝ ponere accidēs ſeperatū:qḋ eſt ꝯ nām accidētis. ¶ Scḋa eſt:ga data idea/verbi grā hominū:tūc oportet ponere ideā ideę.Deducit argumētū:ga idea ⁊ ideata ꝯueniūt in aliqua rōne:plus.n.cōuenit idea hoīum cū ipſis hominibus:ꝙ cuȝ ipſis equis/imo cuȝ equis nulla rōne cōuenit:cum hoībus xō rōne aliqua cōuenit.Sed cuilibet rōni cōi cōuenit idea cōmunis per fundamēta platonis:igit̃ dabitur idea ideę ⁊ ita procedet̃ in infinitū. ¶ Tertia rō eſt:ga plato per pōnem idearū nō bȝ intētū:per poſitionē.n.illarū credidit ſaluare ſciam ꝯ heraclitanos:⁊ generationē ꝯ naturales:qui dixerūt oīa ꝑficiſci neceſſitate naturę:⁊ deducit argumētū. Primo. ꝙ nō ſaluat ſciam/ga vnūqḋqȝ vere ⁊ ꝑprie ⁊ ſimplr ſcitur per eius formā ſiue cām formalē:quę eſt rei eſſentia/⁊ id qḋ diffinitio explicat.Sed idea nō eſt forma ideatorū/cum ſit ſeperata ſm rē ab illis:igit̃ per illā nō ſciunt̃ ideata. Scḋo qḋ nō ſaluet generationē:qr̃ idea nō pōt eē cā ideatorum/nec formalis/nec motrix ſiue effectrix:formalis quidē non: ga forma nō eſt ſeperata ab eo/cuius eſt forma: imo intrinſeca:effectrix aūt minime:ga miſtū cū materia nō ꝑficiſcit̃ niſi a miſto cū materia/vt in 7° lib.eſt deductū:igit̃ nō proſunt ad generationē/nec ad ſciētias:⁊ ꝑpterea cōcludit illas fuiſſe fruſtra. hę ſunt tres rōnes ꝯ platonē tetigimus alias fortiores 7° lib.huius ſciētię diſputatione.17. quas ſub ſilētio trāſimus:ne videamur ſupfluí.

Pō Ari.

¶ Ari.igit̃ viā mediam ſecutus/cū heraclitanis cōcedit ideas nō eē ſeperatas reali ſeperatione/ab ipſis ſenſilibus:cū platonicis xō ait illas ſeperatas eſſe rōne:⁊ ꝑpterea ꝯ heraclitatos concedit ipſum ſcire:eo ga ſcire eſt rerū ſingulariū vniuerſaliter ꝯceptarū: cōtra naturales ſaluat generationē/aſſerens miſtū cū materia nō ab Ideis ꝑficiſci/ſed a miſto cum materia: ⁊ virtute naturę:quę eſt cōis ſm rōnē genito ⁊ generāti:⁊ virtute corporū cęleſtiū:quorū hęc inferiora ſunt inſtrumēta. hęc Ari.

Difficultas.

¶ Sed hęc pō eſt obſcura:primo ga idea multiplex eſt:vt in titulo tetigimus:⁊ Ari.nō diſtinxit quo in ſenſu illam ſumit.Secundo ga multiplex eſt ſeperatio ſm rationē:⁊ nō videtur quo pacto Ariſto.illa vtatur: quare poſitio Ariſto. eget dilucidatione. Hęc de poſitionibus.

¶ Caput dilucidationis quartum.

Quia vt dictū eſt in titulo idea apud platonē interdū venit in viſum cauſationis: ⁊ ſic idem eſt qḋ forma:nōnunꝙ̄ venit in viſum cognitionis:⁊ ſic accipit̃ pro diffinitione.Aliqñ venit in viſum ordinis: ⁊ ita pro vlī intelligit̃. Idcirco tria videamus.p̄mo quonā mō ideę ſint ſeperatę ſumēdo ideas pro formis. Scḋo quonam mō ſint ſeperatę ſumendo ideas pro diffinitionibus. Tertio quonam modo ſint ſeperatę ſumendo ideas pro vniuerſalibus: ⁊ ſic ſermonē Ari.faciemus lucidū.

Quonam mō ideę formales ſint ſeperatę.

¶ Quantū ad primū debes ſcire ꝙ ſenſibilia corpora ſunt in duplici dr̃ia:quędam ſunt/ quorū formę cōſtituūt illa ineſſe ſpecifico:⁊ vltimato:⁊ cuȝ hoc ipſę formę ab illis depēdent:⁊ hoc pacto ſunt cōpoſita corpora generabilia:formę.n.horū illa quidem ineſſe ſpecifico conſtituunt.Sed a ſuis materys dependent:eo ga educuntur de potētys materię.

Quę lati ū ó ſotio.

Quędā aūt ſunt:quorum formę ſua quidem corpora conſtituunt:ſed ab illis nō cōſtituūtur: hęc ſm latinos expoſitores ſunt humana corpora/quia ſm eos formę humanorū corporuȝ illa qdē in ſpē reponūt:non tñ ab illis depēdēt:⁊ iuxta hos oportet ponere tertia corpa: quorū formę nec illa cōſtituūt/nec ab illis cōſtituuntur: vt ſunt cęlica:formę.n.cęlorū quę ſunt intellectus ſeperati:nec cęlica illa corpora in ſpecie reponūt:nec ab illis depēdent.

Quę ant. ó formas.

¶ Ad 2^m^ Aue.corpora quorū formę illa in ſpē reponunt:⁊ ab illis nō depēdēt:ſunt cęlica.cęlicę.n.formę tñ etſi intellectus ſint:tñ cęlos reponūt in ſpē: ipſę tñ a cęlis nō depēdēt vt in lib.de ſubſtātia orbis declarauit : hac igit̃ diſtinctione pręmiſſa:patet primū.formales enim ideę corporū p̄mo mō ſm rōnem quidē abſtractę eſſe pñt ab earum corporibus: quatenus oīs forma vt forma itelligi pōt ſine eius ſubiecto: ſm tamē rē nō ſunt abſtractę. Pręterea formę ſunt fundamentaliter vniuerſalia corꝑ:quorū ſunt formę:igit̃ ſm rōnē ſunt ſeperatę:nō aūt ſm eſſe/vt dicet̃.formales autem ideę corporū ſcḋo mō:ſunt rōne ⁊ re ſeperatę : ratione quidē/ga ſunt ſuorū corporum fundamētaliter vniuerſalia:re xō: ga earū corpora ab illis depēdēt: ipſę tñ ab illis nō depēdent. Hęc de p̄mo.

Quo diffinitię ideę ſint ſeperatę.

¶ Et ó ſcḋo agam⁹:nā diffinitiōe ideę aut explicāt formas corporū p̄mo mō ſumptorū:aut formas corporū ſcḋo mō acceptorū:oīs.n. diffinitio explicat formā:⁊ rei eſſentiā: vt dī 7° huius.ſi quidē explicāt formas corporū primo modo ſumptorū:ſic ſunt rōne ab illis ſeperatę:rē xō ⁊ re cōiūctę:hoc nō alio ꝓbo:niſi ꝓxima ratione. ſin autem explicāt formas corpoꝝ ſcḋo mō acceptorū:ſic re ⁊ ratione ſunt ſeperatę. Hoc ex dictis cōſtat:eo ga formę quas explicant re/⁊ rōne ſeperatę ſunt. Hęc de ſecūdo.

Quo ideę vles ſint ſeperatę.

¶ Et de tertio eodē fundamēto dicamus:nā cū vniuerſalia aut ſint formę aut a formis ſumātur : oportet ꝙ ideę vniuerſales quę ſunt formę corporū p̄mo mō acceptorū:ſint rōne abiūctę:re xō ⁊ eſſe cōiunctę.Quę aūt ſunt formę corporū ſcḋo mō ſumptorū:erūt re ⁊ rōne abiūctę ab eis:quorū ſunt.Quare recte Ariſt.dixit ideas eſſe rōne ſeperatas:nō autē re:loquitur.n. de vniuerſalibus materialibus:qr̃ hęc vniuerſalia ſunt formę corporū materialiū:e gbus ipſa depēdēt: mō cū ſint tales formas eſſe rōne abſtractas:nō aūt re:⁊ ꝑpterea nō curauit Ari.diſtinguere ideas: ⁊ ſolū de vniuerſalibus terminauit ꝓblema:eo ga vno fundamento pȝ totū.

Quid rōne abſtractū in his tribus ſenſibus.

¶ Sȝ quid Ari.per rōne abſtractū ſiue ſeperatū intelligat in his tribus ſenſibus:nō pȝ: verum ꝓxima diſputatione colligi pōt:vniuerſales.n.ideę nō ſunt abſtractę ab eis: quorū ſunt abſtractione attinēte ad ſenſum:ga vniuerſalia nō cadūt ſub ſenſu:ſed ſub intellectu:nec abſtractione attinēte ad itellectum agētē:nō.n.vniuerſalia ipſa ſunt ſpecies itelligibiles: ſed ea quę ſpēs ipſę repręſentāt:erūt igit̃ abſtractę abſtractiōe attinente ad intellectū poſſibilē:ſȝ non abſtractione cōpoſitiua ga vniuerſalia/vt nūc loquur/non ſunt ꝓpoſitiones:ſed res ipſę vniuerſales:e gbus ꝓpoſitiones cōſtant:igitur erūt abſtractę abſtractione ſimplici : ſed qr̃ ideę vniuerſales ſiue vniuerſalia ipſa accipi pñt pro intētionibus/⁊ pro rebus intentionibus ſubiectis: dico ꝙ ſi ſumantur pro rebus intentionibus ſubiectis:ſic nō ſunt abſtractę abſtractione poſitiua:ga non ſunt intētiones collectę ex indiuiduis: ſed naturę cōes:quę intelligunt̃ ſine indiuiduis : igit̃ abſtractę abſtractione ſimplici negatiua. Amplius etſi abſtractę abſtractiōe ſimplici negatiua:nō abſtractione ſubiecti ab accidētibus: qr̃ vniuerſales ideę nō ſunt ſubiecta eorū: quorū ſunt vles ideę:igit̃ ſunt abſtractę abſtractione naturę ab indiuiduis: ⁊ ſupiores ab iferioribus.Scḋo dico ꝙ ſi ſumātur pro intētionibus ipſis:tūc ſunt abſtractę abſtractiōe ſimplici poſitiua:ga colliguntur ex tenui ſilitudine repta in indiuiduis:qḋ fieri nō poſſunt/niſi ea:e quibus abſtrahitur/cognoſcantur. Recte igitur Ari. dixit vniuerſales ipſas Ideas ſepatas eē rōne:qr̃ ſiue abſtractione negatiua/ſiue poſitiua itelligant̃.

abſtractę:ſemper rõne hoc eſt intellectu: ⁊ nõ re intelligunt
abſtractę. Hęc de dilucidatione põnis Ariſt. Sed qd velit
plato:obſcurũ eſt: ⁊ mihi dubiũ:nõ eniʒ plato clare locutus
eſt/quẽadmoduʒ nec Ari. vnde vt in poſitione Ari. de vni/
uerſalibus diuerſę emerſerũt poſitiones:ſic in poſitione pla
Prima platonis dilucidatio. tonis. ⁋ Quidã igitur platonicorum magis aſtronomiam
ſecuti crediderunt Platonē per ideas voluiſſe ſtellarũ vir
tutes:ſiue rationes ſeminarias:quibus cęlũ agit in nos:deus
enim cum auctor perfectus eſſet:debeat mundũ ita conficę
re:vt nihil boni ſibi deeſſet. Qua rõne.48. Imagines in ſtel
lifero cęlo.8.impoſuit:quibus cęlũ ſibi ſimilia ageret. Scor
pium quidẽ:vt ſcorpios. Arietem/vt arietes. Taurũ:vt tau/
ros cderet. Unde Hermes cęleſtiũ rerũ ſcriptor dixit nul/
lum eſſe granum arenarũ in mari:quin propriũ obtineat ſi/
dus ſuſcitans ad incremẽtũ ſui:⁊ Ari.in lib. de mũdo inquit
quoſdã antiquorum tradidiſſe hęc oĩa eſſe plena dijs. Ima/
gines:igitur hę dicuntur ideę vniuerſales/quidditates ſiue
diffinitiones/⁊ exẽplaria ſiue rõnes agendi:dicuntur qdem
ideę vniuerſales:qa ſunt forę vniuerſales vniuerſaliter effe/
ctrices ſibi ſimiliũ. Scorpius enim vniuerſalis forma ſiue
idea eſt:qa eſt oĩum ſcorpionum:⁊ eorũ quę ſunt ſcorpij ge/
neris. Dicũtur ꝟo qdditates:qa his cognitis: deuenire poſ/
ſumus in cognitionẽ eorũ:quorũ ſunt rõnes ⁊ ideę. Dicũtur
demum formę ſiue exemplaria/qa auctor vniuerſi per has
vti per exẽplaria atqʒ rõnes agendi cũcta illis ſimilia agit.
Quare patet tales cęleſtes ideas conferre ad ſciẽdum: ⁊ ad
generationẽ. Ad generationẽ quideʒ:quatenus ſunt formę
ſiue exemplaria ſiue rationes agẽdi:quibus auctor vniuer/
ſi illis ſimilia generat. Ad ſciẽtiã ꝟo/qa cum noſtra anima
ſm hos creata fuerit in ſignifero:vbi ideę iſtę ſunt:has qdeʒ
nouit/⁊ conſequenter omnia ea quorũ illę ſunt aut ideę/aut
exẽplaria/aut vniuerſalia:⁊ propterea animã dicunt plenã
formis eſſe: quę poſtea petens corpora/mole corporea op/
preſſa:illarũ notionũ oblita fuit:⁊ hac ratione ex ſenſilibus
excitata/illorũ reddit ad reminiſcentiã. Hanc dilucidationẽ
poſitionis platonis inter noſtros tradidit Albertus in pmo
ſuę metaphyſicę:⁊ multi arabes aſtronomiam ſecuti. Qđ ſi
ita eſt Ariſt. nõ a platonis ſenſu diſcedere voluit/ſed a ver/
bis:quę male intelligebant:vt dicit Simplicius/⁊ Ammo/
Secunda dilucidatio. nius. ⁋ Alij platonici alio modo dixerunt: voluerunt enim
platonem per ideas intellexiſſe rationes atqʒ rerum ſimili/
tudines in anima mundi formatas: vt per has omniuʒ rerũ
ſenſilium notiones teneat: ⁊ illas producere ſciat. Eſt autem
mundi anima apud nõnullos deus : apud alios ꝟo intelle/
ctus agens. Tam ⁊ ſi apud veriores platonicos intellectus
agens/deus ⁊ anima mũdi idẽ ſit:vt Themiſtius autumat/
vbiqʒ:rationes igitur iſtę in mente huius animę/ſiue dei/ſi/
ue intellectus agentis exiſtentes: ſunt vniuerſales ideę : ra/
tiones ſiue diffinitiones/⁊ formę ſiue exemplaria. vniuerſa/
les quidem ideę:qa ab Ideatis ſeperatę:⁊ plurium Ideato
rum repręſentatiuę:rationes autẽ vel diffinitiones:qa mũ/
di anima cuncta cognoſcit ideata his rationibus : cognoſcit
enim homines per rationẽ ęternam/quę eſt in eius mente:
ipſorum hominum formę demũ atqʒ exẽplaria/qa per has
cunctorũ formas format:⁊ per has vt exemplares rationes
cuncta cdit:igitur ſunt formę ⁊ exẽplaria quatenus ſunt ra/
tiones agẽdi. Quibus patet Ideas haſce facere ad noſtrum
ſcire/⁊ ad generationẽ rerũ ad generationẽ quidẽ:quatenus
ſunt formę ⁊ exẽpla/ſiue rõnes agendi:ad ſcire ꝟo/vt The/
miſtius inquit:qa aĩa mundi eſt noſter intellectus:per cuius
rõnes eſſentiales nos cũcta cognoſcimus:qđ fit per copula/
tionem ipſius nobiſcũ: vt in lib. de intellectu dictũ eſt. Hęc
